Mr· cxxxiii·
L· ccxlv·

Congregatiſ autem phariſæis· Interrogauit eoſ ihſ dicens·
Quid uobiſ uidetur de xpō cuius filius eſt· Dicunt ei dauid·
Ait illiſ· Quomodo ergo dauid inſpū uocat eum dnm dicens·?
Dixit dnſ dnō meo· ſede a dextriſ meiſ· Donec ponam inimi
coſ tuoſ· ſcabellum pedum tuorum·

mT ccxxvi
mR II cxxxiii
Lv ccxliiii

Si ergo dauid uocat eum dñm quomodo filius eius est? Et nemo poterat
respondere ei uerbum. Neque ausus fuit quisquam ex illa die
eum amplius interrogare.

23

mT ccxxvii
Sol X.

Tunc ihs locutus est ad turbas. & ad discipulos suos dicens. Super
cathedram moysi. sederunt scribae & pharisei. Omnia ergo
quæcumque dixerint uobis. seruate & facite. Secundum
opera uero eorum. nolite facere. Dicunt enim. & non faciunt.

mT ccxxviii
Lv V. cxxxviii.

Alligant autem onera grauia & importabilia. et inponunt in umeros hominum. digito autem suo nolunt ea mouere.

mT ccxxviiii
mR II cxxxv
Lv ccxlvi
7 cxxxvii

Omnia uero opera sua faciunt. ut uideantur ab hominibus. Dilatant enim phylacteria sua. & magnificant fimbrias. Amant
autem primos recubitus in cenis. Et primas cathedras in synagogis.
et salutationes in foro. & uocari ab hominibus rabbi.

mT ccxxx
Sol X.

Vos autem nolite uocari rabbi. unus est enim magister uester.
Omnes autem uos fratres estis. Et patrem nolite uocare uobis super
terram. unus est enim pater uester qui in cęlis est. Nec uocemini
magistri. quia magister uester unus est xps.

mT ccxxxi
Lv V clxxviiii

Qui maior est uestrum. erit minister uester. Qui autem se exal
tauerit. humiliabitur. Et qui se humiliauerit. exaltabitur.

mT ccxxxii
Lv V cxlii.

Vae autem uobis scribae & pharisei hypocritae. quia claudit is regnū
cælorū ante homines. Uos enī non intratis. nec introeuntes sinitis intrare.

mT ccxxxiii
Sol X

Vae uobis scribæ & pharisei hypocritæ. qui circuitis mare & aridam
ut faciatis unū ps elytū. Et cū fuerit factus. facitis eū filiū gehennæ
duplo quā uos. Uae uobis duces cæci qui dicitis. Quicūq; iurauerit
per templū. nihil ē. qui autē iurauerit in auro templi debet. Stulti
& cęci quid enī maius ē. aurū an templū quod sanctificat aurum.
Et quicumque iurauerit in altari. Nihil est. Quicumque

autem iurauerit in dono quod est super illud debet. Caeci quid enim maius est donum. an altare quod sanctificat donum. Qui ergo iurat in altari iurat in eo. et in omnibus quae super illud sunt. Et quicumq; iurauerit in templo iurat in illo et in eo qui habitat in ipso. Et qui iurat in caelo iurat in throno dei. et in eo qui sedet super eum.

ccxxxiii.
X. L. c xxxvi. Vae autem uobis scribae et pharisaei hypocritae. qui decimatis mentam et anetum et cyminum. et reliquistis quae grauiora sunt legis. iudicium et misericordiam et fidem. Haec oportuit facere. et illa non omittere

ccxxxv.
X. Duces caeci excolantes culicem. camelum autem glutientes.

ccxxxvi.
V. L. c xxxv. Vae uobis scribae et pharisaei hypocritae. qui mundatis quod deforis est calicis et parapsidis. Intus autem pleni sunt rapina et inmunditia. Pharisee caece. munda prius quod intus est calicis et parapsidis. ut fiat et id quod deforis est mundum.

ccxxxvii.
V. L. c xxxviii. Vae uobis scribae et pharisaei hypocritae. qui similes estis sepulchris dealbatis quae aforis parent hominibus speciosa. Intus uero plena sunt ossibus mortuorum et omni spurcitia. Sic et uos aforis quidem paretis hominibus iusti. Intus autem pleni estis hypocrisi et iniquitate.

ccxxxviii.
V. L. c xl. Vae uobis scribae et pharisaei hypocritae. qui aedificatis sepulchra prophetarum. et ornatis monumenta iustorum. et dicitis. si fuissemus in diebus patrum nostrorum. non essemus socii eorum in sanguine prophetarum. Itaque testimonio estis uobis metipsis. quia filii estis eorum. qui prophetas occiderunt.

ccxxxviii.
X. Et uos implete mensuram patrum uestrorum. Serpentes gene

mina uiperarum · quomodo fugietis a iudicio gehennae·

ccxl. V. L. cxli. IDeo ecce ego mitto ad uos prophetas & sapientes & scribas· Et ex illis occidetis· & crucifigetis· Et ex eis flagellabitis in synagogis ueſtris; Et persequemini de ciuitate in ciuitatem· ut ueniat super uos omnis sanguis iustus· qui effusus est super terram·, A sanguine abel iusti· usque ad sanguinem zachariae filii barachiae· quem occidistis inter templum & altare·, Amen dico uobis· uenient haec omnia super generationem istam·

ccxli. V. L. clxxv. Hierusalem hierusalem· quae occidis prophetas· & lapidas eos qui ad te missi sunt·, Quoties uolui congregare filios tuos quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas· & noluisti·, Ecce· relinquetur uobis· domus uestra deserta·, Dico enim uobis; Non me uidebitis amodo· donec dicatis·, Benedictus qui uenit· In nomine dñi·;

ccxlii. II. Mr. cxxxvii. L. ccxxvii. & ccxlviii. ET egressus ihs de templo ibat· & accesserunt discipuli eius ut ostenderent ei aedificationes templi· Ipse autem respondens· dixit illis· Uidetis haec omnia· Amen dico uobis· Non relinquetur hic lapis super lapidem qui non destruatur·, 24

ccxliii. II. Mr. cxxxviii. L. ccxlviii SEdente autem eo super montem oliueti· Accesserunt ad eum discipuli secreto dicentes· Dic nobis quando haec erunt· & quod signum aduentus tui & consummationis seculi· Et respondens ihs· dixit eis· Uidete ne quis uos seducat· Multi enim uenient In nomine meo dicentes· Ego sum xps· & multos seducent·, Audituri enim estis proelia et opiniones proeliorum· Uidete ne turbemini· Oportet enim haec fieri· sed nondum est finis· Consurget enim gens in gentem· & regnum in regnum· Et erunt pestilentiae

&fames et terrae motus per loca. Haec autē omnia initia sunt dolorū.

ccxliii.
I
M. cxxxviii
L. cxl.
J. cxli.

Tunc tradent uos in tribulationem & occident uos. Et eritis odio
omnibus gentibus propter nomen meum.

ccxlv.
X

Et tunc scandalizabuntur multi & inuicem tradent. et odio habebunt
inuicem. Et multi pseudo prophetae surgent & seducent multos.

Et quō abundabit iniquitas. refrigescet caritas multorum. Qui
autem perseuerauerit usque in finem. hic saluus erit.

ccxlvi.
VI.
M. cxl.

Et praedicabitur hoc euangelium regni in uniuerso orbe. in tes
timonium omnibus gentibus. Et tunc ueniet consummatio.

ccxlvii.
VI.
M. cxli.

Cum ergo uideritis abominationem desolationis. quae dicta est
a daniele propheta stantem in loco scō. Qui legit intellegat.

ccxlviii.
II.
M. cxliii.
L. cc viii.

Tunc qui in iudea sunt fugiant ad montes. Et qui in tecto non
descendat tollere aliquid de domo sua. Et qui in agro non
reuertatur tollere tunicam suam.

ccxlviii.
II.
M. cxliii.
L. cc liii

Vae autem pregnantibus & nutrientibus in illis diebus.

Orate autem ut non fiat fuga uestra hieme uel sabbato.

cc l.
VI.
M. cxlv.

ccli.
II.
M. cxlvi.
L. cc lvi.

Erit enim tunc tribulatio magna. qualis non fuit ab initio mun
di usque modo Neque fiet.

cclii.
VI.
M. cxlvii.

Et nisi breuiati fuissent dies illi. Non fieret salua omnis caro.
sed propter electos. breuiabuntur dies illi.

ccliii.
II.
M. cxlviii.
L. cc iiii.

Tunc si quis uobis dixerit. Ecce hic est xp̄s. aut illic. Nolite credere.

ccliii.
VI.
M. cxlviii.

Surgent enim pseudo christi & pseudo prophetae & dabunt signa
magna & prodigia. Ita ut in errorem inducantur si fieri potest
etiam electi. Ecce prędixi uobis.

cclv.
V.
L. cc ii.

ITERGO dixerint uobis ecce in deserto est. Nolite exire.
Ecce in penetralibus. Nolite credere.

cc Lvi.
V.
L. cc v.

Sicut enim fulgur exit aboriente & paret usque inoccidentem.
Ita erit & aduentus filii hominis.

cc Lvii.
V.
L. cc xiii.

Ubi cumque fuerit corpus illuc congregabuntur aquilae.

Statim autem post tribulationem dierum illorum. sol obscurabit.
& luna non dabit lumen suum. & stellae cadent de cęlo et uirtutes
cc Lviii.
II.
Mr. cL.
L. cc Lvii.
caelorum commouebuntur. Et tunc parebit signum filii hominis in cęlo.
Et tunc plangent omnes tribus terrae. & uidebunt filium hominis
uenientem in nubibus caeli cum uirtute multa & maiestate. Et
mittet angelos suos cum tuba & uoce magna. Et congrega
bunt electos eius a quatuor uentis. a summis caelorum usque
ad terminos eorum. A arbore autem fici. Discite parabolam.
Cum iam ramus eius tener fuerit & folia nata. scitis quia prope est
estas. Ita & uos cum uideritis haec omnia. scitote quia prope est
in ianuis. Amen dico uobis. quia non praeteribit haec generatio
donec haec omnia fiant. Caelum & terra transibunt. uerba
cc Lx.
uero mea non transibunt.

VI.
Mr. cLii.

De die autem illa & hora nemo scit neque angeli caelorum. nisi
cc Lxi
pater solus.

V.
L. cc vi.

Sicut autem in diebus noe. Ita erit aduentus filii hominis.
Sicut enim erant in diebus noe manducantes & bibentes
nubentes & nuptum tradentes. usque ad eum diem quo intrauit
in arcam noe. & non cognouerunt donec uenit diluuium & tu
lit omnes. Ita erit & aduentus filii hominis.
cc Lxii.

V.
L. cc xii.

Tunc duae molentes in mola. una assumetur. & una relinquetur.
cc Lxiii.

VI.
Mr. cLiii.

Vigilate ergo. quia nescitis qua hora dns uester uenturus sit.

ccLxiii.
II.
Mr. cLv.
L. cLvi.

ILlud autem scitote· quoniam si sciret pater familias qua hora fur uenturus esset· uigilaret utique & non sineret perfodiri domũ suã'

IDeoque & uos estote parati· quia qua nescitis hora filius hominis uenturus est'

ccLxv.
V.

QVis putas est fidelis seruus et prudens quem constituit dominus suus supra familiam suam· ut det illis cibum in tempore·

ccLxvi.
V.
L. cLv.
& cLvii.

BEatus ille seruus quem cum uenerit dominus eius inuenerit sic facientem· Amen dico uobis· quõ super omnia bona sua constituet eum'

ccLxvii.
V.
L. cLviii.

SI autem dixerit malus seruus ille in corde suo· moram facit dominus meus uenire· & coeperit percutere conseruos suos· Manducet autem & bibat cum ebriosis· ueniet dominus serui illius in die qua non sperat & hora qua ignorat· & diuidet eum partemque eius ponet cum hypocritis illic erit fletus & stridor dentium'

ccLxviii.
X.
24

TUnc simile erit regnum caelorum decem uirginibus· quae accipientes lampades suas· exierunt obuiam sponso & sponsae' Quinq; autem ex eis erant fatuae· & quinque prudentes' Sed quinque fatuae acceptis lampadibus· non sumpserunt oleum secum'

Prudentes uero acceperunt oleum in uasis suis cum lampadibus'

Moram autem faciente sponso· dormitauerunt omnes & dormierunt'

Media autem nocte clamor factus est· ecce sponsus uenit· exite obuiam ei' Tunc surrexerunt omnes uirgines illae· & ornauerunt lampades suas' Fatuae autem· sapientibus dixerunt'

Date nobis de oleo uestro· quia lampades nostrae extinguuntur'

Responderunt prudentes dicentes' Ne forte non sufficiat nobis & uobis· ite potius ad uendentes & emite uobis' Dum autem

irent emere uenit sponsus· Et quę paratę erant intrauerunt
cum eo ad nuptias· & clausa est ianua' Nouissime uero ueniunt·
& reliquae uirgines dicentes' Dñe dñe· aperi nobis' At ille
respondens· ait' Amen dico uobis· Nescio uos' Uigilate itaq;
quia nescitis diem· neque horam'

cc lxviii
Mt· cl iii·
L· cc xxviii·
cc lxx·
cc xxviii

II· Sicut enim homo peregre proficiscens uocauit seruos suos· & tra
didit illis bona sua'
V· Et uni dedit quinque talenta· alii autem duo· alii uero unum'
Unicuique secundum propriam uirtutem· & profectus est statim'
Abiit autem qui quinque talenta acceperat· & operatus est in eis·
& lucratus est alia quinque' Similiter qui duo acceperat·
lucratus est alia duo' Qui autem unum acceperat· abiens fo
dit in terra & abscondit pecunian domini sui' Post multum
uero temporis· uenit dominus seruorum illorū· & posuit rationē
cum eis' Et accedens qui quinque talenta acceperat· obtulit
alia quinque talenta dicens' Dñe· quinq; talenta mihi tradi
disti· ecce alia quinq; super lucratus sum' Ait illi dominus eius'
Euge serue bone & fidelis· quia super pauca fuisti fidelis· sup
multa te constituam· Intra in gaudium domini tui' Accessit autē
& qui duo talenta acceperat· & ait' Domine· duo talenta
mihi tradidisti· ecce alia duo lucratus sum' Ait illi domi
nus eius' Euge serue bone· & fidelis· quia super pauca
fuisti fidelis· super multa te constituam· Intra in gaudium
domini tui' Accedens autem & qui unū talentum acceperat·
ait' Domine· scio quia homo durus es· metis ubi non seminasti·
& congregas ubi non sparsisti· & timens abii & abscondi talentū

tuum mecum. Ecce habes quod tuum est. Respondens autem dominus eius. Dixit ei. Serue male & piger sciebas quia meto ubi non semino. & congrego ubi non sparsi. Oportuit ergo te committere pecuniam meam nummolariis. & veniens ego recepissem utique quod meum est cum usura. Tollite itaque abeo talentum. & date ei qui habet decem talenta.

ce Lxxi.
II. Mr. xLii. L. ce xxxx
Omni enim habenti dabitur. & abundabit. Ei autem qui non habet. & quod uidetur habere auferetur abeo.

ce Lxxii.
V. L. ce xxxi.
Et inutilem seruum eicite in tenebras exteriores. Illic erit fletus & stridor dentium.

ce Lxxiii.
X.
Cum autem uenerit filius hominis in maiestate sua. & omnes angeli cum eo. Tunc sedebit super sedem maiestatis suae. & congregabuntur ante eum omnes gentes. & separabit eos ab inuicem. sicut pastor segregat oues ab hedis.

Et statuet oues quidem a dextris suis. hedos autem a sinistris.

Tunc dicet rex his qui a dextris erunt. Uenite benedicti patris mei. possidete paratum uobis regnum a constitutione mundi. Esurui enim. & dedistis mihi manducare. Sitiui. & dedistis mihi bibere. Hospes eram. & collegistis me. Nudus. & operuistis me. Infirmus. & uisitastis me. In carcere eram. & uenistis ad me. Tunc respondebunt ei iusti dicentes.

Domine. quando te uidimus esurientem & pauimus. Sitientem. & dedimus tibi potum. Quando autem te uidimus hospitem. & collegimus te. Aut nudum. & cooperuimus. Aut quando te uidimus infirmum aut in carcere. & uenimus ad te.

Et respondens rex. dicet illis. Amen dico uobis. quamdiu

fecistis uni de his fratribus meis minimis· mihi fecistis· Tunc dicet
& his qui a sinistris erunt· Discedite a me maledicti in ignem
aeternum· qui paratus est diabolo & angelis eius· Esurui enim·
& non dedistis mihi manducare· Sitiui· & non dedistis mihi potum:
hospes eram· & non collegistis me· Nudus· & non operuistis me·
Infirmus & in carcere· & non uisitastis me· Tunc respondebunt ei
& ipsi dicentes· Dñe· quando te uidimus esurientem· aut siti
entem· aut hospitem· aut nudum· aut infirmum uel in carcere· &
non ministrauimus tibi· Tunc respondebit illis dicens· Amen
dico uobis· quam diu non fecistis uni de minoribus his· Nec mihi
fecistis· Et ibunt hi in supplicium aeternum· Iusti autem· in
uitam aeternam·

÷ XXVI. Et factum est cum consummasset ihc sermones hos· dixit discipulis suis·
Scitis quia post biduum pascha fiet· et filius hominis tradetur
ut crucifigatur·

ccLxxv. VI. MR· cLvii. Tunc congregati sunt principes sacerdotum & seniores populi· in
atrium principis sacerdotum· qui dicebatur caiphas· Et consiliu
fecerunt· ut ihm dolo tenerent· & occiderent· Dicebant aute;
Non in die festo· ne forte tumultus fiat in populo·

ccLxxvi. I MR· cLviii· L· Lxxxiii· J· xcviii. Cum autem esset ihc in bethania in domo symonis leprosi· accessit
ad eum mulier habens alabastrum unguenti pretiosi· & effudit
super caput ipsius recumbentis· Uidentes autem discipuli·
indignati sunt dicentes· Ut quid perditio haec· Potuit enim
istud uenundari multo· & dari pauperibus· Sciens autem ihc·
ait illis· Quid molesti estis mulieri· Opus bonum operata est
in me· Nam semper pauperes habetis uobiscum· me autem·

? 26
ccLxxiii. 1 MR· cLvi. L· ccLx. J· xc.

non semper habꝫ.

cc lxxvii.
IIII. Mittens enim haec unguentum hoc in corpus meum · ad sepeliendum me
Mr· c lviii.
J· xc viii. fecit. Amen dico uobis · ubicumque praedicatum fuerit hoc
euangelium in toto mundo · dicꝫtur · & quod haec fecit in memoriã eius.

cc lxxviii.
II. Tunc abiit unus de duodecim qui dicitur iudas scarioth ad principes
Mr· c lx.
L· cc lxiii. sacerdotum · & ait illis. Quid uultis mihi dare et ego uobis eum
tradam. At illi constituerunt ei triginta argenteos. Et exinde
quaerebat opportunitatem · ut eum traderet. Prima autẽ die
azymorum · accesserunt discipuli ad ihm̃ dicentes. Ubi uis
paremus tibi comedere pascha. At ihs̃ dixit. Ite in ciuitatẽ
ad quendam · & dicite ei. Magister dicit · tempus meũ prope est ·
apud te facio pascha cum discipulis meis. Et fecerunt discipuli
sicut constituit illis ihs̃ · & parauerunt pascha. Uespere autem
facto · discumbebat cum duodecim discipulis suis.

cc lxxviii.
IIII. Et edentibus illis dixit · Amen dico uobis · quia unus uestrum me
Mr· c lxi.
J· cxxi. & lxxii · cc lxxx. traditurus est.

I. Et contristati ualde · coeperunt singuli dicere · Numquid ego sum dne.
Mr· c lxii ·
L· cc lxxviii ·
J· cxxii · At ipse respondens ait. Qui intingit mecum manum in parabside ·
cc lxxi.
II. hic me tradet. Filius quidem hominis uadit · sicut scriptũ est de illo ·
Mr· c lxiii ·
L· cc lxviii.

cc lxxii ·
VI. Uae autem homini illi · per quem filius hominis tradetur. Bonũ
Mr· c lx iiii · erat ei · si natus non fuisset homo ille.

cc lxxiii ·
X. Respondens autem iudas qui tradidit eum · dixit. Numquid
ego sum rabbi. Ait illi · Tu dixisti.

cc lxxiii ·
I. Caenantibus autem eis · accepit ihc panem & benedixit ac fregit ·
Mr· c lxv ·
L· cc lxvi
J· cc lxv · dedit q; discipulis suis · & ait. Accipite & comedite · hoc est
corpus meum.

mT ccl.xxxv
mR clxvi
lv ccl.xv
7 ccl.xvij

Et accipiens calicem. gratias egit. & dedit illis dicens' Bibite ex hoc omnes' Hic est enim sanguis meus noui testamenti. qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum' Dico autem uobis' Non bibam amodo de hoc genimine uitis usque in diem illum. cum illud bibam uobiscum nouum in regno patris mei' 11.

mT ccl.xxxvi
mR clxvii

Et hymno dicto. exierunt in montem oliueti' VI

mT ccl.xxxvii
mR c lxviii
Io cLii

illis
Tunc dicit ihc' Omnes uos scandalum patiemini in me in ista nocte' IIII.

mT ccl.xxxviii
mR c lxviiii

Scriptum est enim. percutiam pastorem. & dispergentur oues gregis' post quam autem resurrexero. praecedam uos in galileam' 1

mT ccl.xxxviii
mR clxx
lv ccl.xxv
Io cxxvi

Respondens autem petrus. ait illi' Et si omnes scandalizati fuerint in te. Ego nunquam scandalizabor' Ait illi ihc' Amen dico tibi. quia in hac nocte ante quam gallus cantet. ter me negabis'

mT ccxc
mR clxxi

Ait illi petrus' Etiam si oportuerit me mori tecum. non te negabo' VI

Similiter & omnes discipuli dixerunt'

mT ccxci
mR clxxii
lv ccl.xxviii
Io clvi

Tunc uenit ihs cum illis in uillam quae dicitur gethsemani'

mT ccxcii
mR clxxiii

Et dixit discipulis suis' Sedete hic. donec uadam illuc & orem' V.

Et assumpto petro & duobus filiis zebedei. coepit contristari et maestus esse'

mT ccxciii
mR clxxiiii
Io cvii

Tunc ait illis' Tristis est anima mea. usque ad mortem' IIII

Sustinete hic. & uigilate mecum'

mT ccxciiii
mR clxxv
L. cc lxxxi.
J. clxi.

Et progressus pusillum. procidit in faciem suam. orans & dicens' 1

O mi pater. si possibile est. transeat a me calix iste'

mT ccxcv
mR clxxvi
lv ccl.xxxii
Io Lvij

Verumtamen. Non sicut ego uolo. sed sicut tu' 1.

mT ccxcvi
mR clxxvii
lv ccl.xxxiij.
7 ccl.xxxiiij

Et uenit ad discipulos. & inuenit eos dormientes' Et dicit petro' II.

Sic non potuistis una hora uigilare mecum. Uigilate & orate.

mT ccxcvij.
mR clxxviii
Io Lxx

ut non intretis in temptationem'

Spūs quidem promptus est. caro autem infirma' IIII.

ccxcviii.
VI.
MR. cLxxviii.

Iterum secundo abiit & orauit dicens. Pater mi. si non potest hic
calix transire nisi bibam illum. fiat uoluntas tua. Et uenit iterum
& inuenit eos dormientes. Erant enim oculi eorum grauati;
Et relictis illis. iterum abiit. & orauit tertio. eundem sermonem dicens.

ccxcviii.
IIII.
MR. cLxx.
J. cIII.

Tunc uenit ad discipulos suos. & dicit illis. Dormite iam & requies
cite. Ecce appropinquabit hora. & filius hominis tradetur in
manus peccatorum. Surgite. eamus. Ecce appropinquabit qui me tradet.

ccc.
I.
MR. cLxxi.
L. ccLxv.
J. cLviii.
cc. Lxxv.

Adhuc ipso loquente. Ecce iudas unus de duodecim uenit. & cum eo
turba multa cum gladiis & fustibus missi a principibus sacerdotum
& senioribus populi.

ccc i.
II.
MR. cLxxii.
L. ccLxxvi.

Qui autem tradidit eum. dedit illis signum dicens. Quemcumq;
osculatus fuero. Ipse est tenete eum. Et confestim accedens ad
ihm̃. dixit. Aue rabbi. Et osculatus est eum. Dixitq; illi ihs.
Amice. ad quod uenisti. Tunc accesserunt & manus iniecerunt
in ihm̃. & tenuerunt eum.

ccc ii.
I.
MR. cLxxiii.
L. ccLxxvii.
J. cLx.

Et ecce unus ex his qui erant cum ihũ. extendens manum exemit
gladium suum. & percutiens seruum principis sacerdotum. am
putauit auriculam eius.

ccc iii.
X.

Tunc ait illi ihs. Conuerte gladiũ tuum in locum suum.
Omnes enim qui acceperint gladiũ. gladio peribunt. An putas
quia non possum rogare patrem meum. & exhibebit mihi modo
plusquam duodecim legiones angelorum. Quomodo ergo im
plebuntur scripturae quia sic oportet fieri.

ccc iiii.
I.
MR. cLxxiiii.
L. ccLxxviii.
J. clxi.

In illa hora. dixit ihs turbis. Tanquam ad latronem existis cum
gladiis & fustibus. comprehendere me. Cotidie apud uos sedebam
docens in templo. & non me tenuistis.

cccv
VI. Hoc autem totum factum est · ut implerentur scripturae ꝓphetarum'
Mr· cl xxxv.
Tunc discipuli omnes· relicto eo fugierunt'
cccvi.
I. Ati illi tenentes ihm̃ · duxerunt ad caiphan principem sacerdotum·
Mr· cl xxxvii·
L· cxc·
J· cl xii. & cc lxxiii·
ubi scribae & seniores conuenerant'
cccvii·
IIII· Petrus autem sequebatur eum à longe · usq; in atrium principis sacerdotũ'
Mr· cl xxxviii·
J· cl xiii·
Et ingressus intro· sedebat cum ministris· ut uideret finem'
cccviii·
II· Principes autem sacerdotum· & omne concilium quærebant falsum
Mr· cl xxxviii·
L· ccc v·
testimonium contra ihm̃ · ut eum morti traderent· Et non inuene
runt · cum multi falsi testes accessissent'
cccviii·
VI· Nouissime autem uenerunt duo falsi testes· & dixerunt' Hic dixit·
Mr· cxc·
possum destruere templum dei· & post triduum reædificare illud'
Et surgens princeps sacerdotum · ait illi' Nihil respondes ad ea
quæ isti aduersum te testificantur·? Ihs̃ autem tacebat; Et prin
ceps sacerdotum · ait illi' Adiuro te per dm̃ uiuum · ut dicas nobis
si tu es xps̃ filius dei' Dicit illi ihs̃' Tu dixisti'
ccc x·
I Verumtamen · dico uobis' A modo uidebitis filium hominis sedẽ
Mr· cxci·
L· cc xcvii·
J· lxviii
tem a dextris uirtutis· & uenientem in nubibus cæli'
ccc xi
VI· Tunc princeps sacerdotum scidit uestimenta sua dicens' Blasphe
M· cxcii·
mauit · Quid adhuc egemus testibus·?
ccc xii·
II· Ecce nunc audistis blasphemiam· quid uobis uidetur·? At illi
Mr· cxciii·
L· cc xcviii·
respondentes dixerunt' Reus est mortis'
ccc xiii·
I· Tunc expuerunt in faciem eius· & colaphis eum ceciderunt' Alii
Mr· c xciii
L· cc xcix
J· clxx ii·
autem palmas in faciem ei dederunt · dicentes' Prophetiza nobis
xpẽ · quis est qui te percussit·?
ccc xiiii·
I· Petrus uero sedebat foris in atrio' Et accessit ad eum una ancilla
Mr· cxcv·
L· cc xci·
J· clxviii
dicens' Et tu cum ihũ galileo eras' At ille negauit coram̃ omnib; dicẽs'

N· eſao quid dicaſ'

cccxv.
I·
MR· c xcvi·
L· cc xcii·
J· clxxv.

Exeunte autem illo ianuam· uidit eum alia ancilla· et ait his qui erant ibi' Et hic erat cum ihū nazareno' Et iterum negauit cum iura mento· quia non noui hominem' Et poſt puſillum· acceſſerunt qui ſtabant· & dixerunt petro' Uere & tu exilliſeſ· Nam & lo quela tua manifeſtum te facit' Tunc coepit deteſtari & iurare· quia non nouiſſet hominem' Et continuo galluſ cantauit'

cccxvi
II·
MR· c xcvii·
L· cc xciii·

Et recordatuſ eſt petruſ uerbi ihū quod dixerat· priuſquam galluſ cantet ter me negabiſ' Et egreſſuſ foraſ fleuit amare'

cccxvii·
II·
MR· c xcviii·
L· cc xcv·

Mane autem facto· conſilium inierunt omneſ principeſ ſacerdotum· & ſenioreſ populi aduerſuſ ihm· ut eum morti traderent;

cccxviii·
X·

Et uinctum adduxerunt eū· Et tradiderunt pontio pilato praeſidi'

cccxviii·
I
MR· c xcviii·
L· ccc·
J· clxxvi·

Tunc uidenſ iudaſ qui eum tradidit quod damnatuſ eſſet· paenitentia ductuſ· retulit triginta argenteoſ principibuſ ſacerdotum· & ſeni oribuſ dicens' Peccaui· tradens ſanguinem iuſtum· At illi dixerunt· Quid ad noſ· tu uideriſ· Et proiectis argenteis in templo· receſſit· & abiens laqueo ſe ſuſpendit' Principeſ autē ſacerdotum· acceptis argenteis· dixerunt' Non licet mittere eoſ in corbonan· quia pretium ſanguiniſ eſt' Conſilio autem inito· emerunt ex eis agrum figuli in ſepulturam peregrinorum·

Propter hoc uocatuſ eſt ager illae· achel demach· hoc eſt ager ſanguiniſ· uſque in hodiernum diem· Tunc impletum eſt quod dictum eſt per hieremiam prophetam dicentem· Et acceperunt triginta argenteoſ· pretium adpretiati· quem adpretiauerunt a filiis iſrahel· & dederunt eoſ in agrum figuli· ſicut conſtituit mihi dñs'

ccc xx.
I. Mr. cc. L. cccii J. clxxviii. Ihs autem stetit ante presidem. Et interrogauit eum preses dicens; Tu es rex iudeorum. Dicit illi ihs. Tu dicis.

ccc xxi. IIII. Mr. cc i. J. xcii. & clxxx. Et cum accusaretur a principibus sacerdotum & senioribus. Nihil respondit. Tunc dicit illi pilatus. Non audis quanta aduersum te dicunt testimonia. Et non respondit ei ad ullum uerbum. Ita ut miraretur praeses uehementer.

ccc xxii. II. Mr. cc ii. L. ccc viii. Per diem autem sollemnem consueuerat praeses dimittere populo unum uinctum quem uoluissent.

ccc xxiii. IIII. Mr. cc iii. J. clxxxiii. Habebat au tunc uinctum insigne. qui dicebatur barabbas. Qui ppt homicidiu missus fuerat in carcere. Congregatis ergo illis. dix pilat. Quem uultis dimittam uobis. barabban an ihm. qui dicitur xpc. Sciebat enim. quod per inuidiam tradidissent eum.

ccc xxiv. X. Sedenti autem illo pro tribunali. misit ad eum uxor eius dicens. Nihil tibi & iusto illi. Multa enim passa sum hodie per uisum propter eum.

ccc xxv. I. Mr. cc iiii. L. ccc x. J. clxxx iiii. Principes autem sacerdotum & seniores persuaserunt populis. ut peterent barabban. ihm uero perderent. Respondens au p̄ses ait illis. Quem uultis uobis de duobus dimitti. At illi dixerunt. barabban.

ccc xxvi. I. Mr. cc v. L. ccc xi. J. clxxxviii. Dicit illis pilatus. Quid igitur faciam de ihu qui dicitur xps. Dicunt omnes. Crucifigatur. Ait illis praeses. Quid enim mali fecit. At illi magis clamabant dicentes. Crucifigatur.

ccc xxvii. X. Videns autem pilatus quia nihil proficeret. sed magis tumultus fieret. accepta aqua lauit manus coram populo dicens. Innocens ego sum a sanguine iusti huius. uos uidetis. Et respondens uniuersus populus. dixit. Sanguis eius super nos.

& super filios nostros"

ccc xxviii.
1.
Mr. cc v.
L. c lxxxviii.

Tunc dimisit illis barabban · ihm autē flagellatum tradidit eis
ut crucifigeretur"

ccc xxviii.
1111.
Mr. cc vii.
J. c lxxxv.
& c lxxvii.

Tunc milites praesidis suscipientes ihm in praetorio · congrega
uerunt ad eum uniuersam cohortem · & exuentes eum clamidē
coccineam circumdederunt ei; & plectentes coronam despinis ·
posuerunt super caput eius · & harundinem in dextera eius"
Et genu flexo ante eum illudebant · dicentes" Aue rex iudeorum:

ccc xxx.
V.
Mr. cc viii.

Et expuentes in eum · acceperunt harundinem & percutiebant
caput eius" Et post quam illuserunt ei · exuerunt eum clamide ·
et induerunt eum uestimentis eius · et duxerunt eū ut crucifigerent"

ccc xxxi.
1.
Mr. cc x.
L. ccc xviii.
J. c xc vii.

Exeuntes autem · Inuenerunt hominem cyrenen̄ nomine symonē ·
hunc angariauerunt · ut tolleret crucem eius"

ccc xxxii.
1.
Mr. cc viii.
L. ccc xv.
J. c xcvii.

Et uenerunt In locum qui dicitur golgotha · quod est caluarie
locus"

ccc xxxiii.
1111.
Mr. xc xi.
L. cc iii.

Et dederunt ei uinum bibere cum felle mixtum; Et cum gus
tasset · noluit bibere"

ccc xxxiiii.
I.
Mr. cc xii.
L. ccc xxi.
J. cc i.

Post quam autem crucifixerunt eum · diuiserunt uestimenta eius
sortem mittentes" Et sedentes seruabant eum:

ccc xxxv.
I.
Mr. cc.
L. ccc xciii.
J. c xc viii.

Et posuerunt super caput eius causam ipsius scriptam:
Hic est ihs rex iudeorum. Tunc crucifixi sunt cum eo duo
latrones: unus a dextris & unus a sinistris"

ccc xxxvi.
I.
Mr. cc xv.
L. ccc xciii.
J. c xc viii.

ccc xxxvii.
VI.
Mr. cc xvii.

Praetereuntes autem blasphemabant eum · mouentes capita sua
& dicentes" Ua · qui destruit templum dī & in tribus illud
re edificat" Salua temetipsum; si filius dī es · descende de cruce"

ccc xxxviii.
II.
Mr. cc xviii.
L. ccc xxii.

Similiter & principes sacerdotum illudentes · cum scribis & senioribꝫ;

dicebant · Alios saluos fecit · se ipsum non potest saluum facere ·
S rex israhel est · descendat nunc de cruce & credimus ei · Confidit
in dō · liberet eum nunc si uult · Dixit enim · quia dī filius sum ·
ccc xxc viiii ·
II · MB· cc xcviiii · L· ccc xc v
I Id ipsum autem & latrones qui crucifixi erant cum eo inproperabant ei ·
ccc xl ·
II · MB· cc xc · L· ccc xc vii ·
A sexta autem hora · tenebrae factae sunt super uniuersam terram ·
usque ad horam nonam ·
ccc xl i ·
VI · MB· cc xc v ·
Et circa horam nonam · clamauit ihs uoce magna dicens · Heli heli
lema sabactani · hoc est dē meus dē meus · ut quid derelinquisti me ·
Quidam autem illic stantes & audientes · dicebant · Heliam uocat iste ·
ccc xl ii
II · MB· cc xc ii · L· ccc xc iii
Et continuo curens unus ex eis · acceptam spongiam implenit aceto ;
& inposuit harundini & dabat ei bibere ·
ccc xl iii
I · MB· cc xc iii · L· ccc xc viii · I· cc iiii
Ceteri uero dicebant · Sine · uideamus an ueniat helias liberans eum ·
Ihs autem iterum clamans uoce magna · emisit spm̄ ·
II · ccc xl iiii · MB· cc xc iiii · L· ccc xc viii ·
Et ecce uelum templi scissum est in duas partes · a summo usq; deorsum ·
ccc xl v ·
X · Et terra mota est · & petrae scissae sunt · & monumenta aperta sunt ·
& multa corpora sc̄orum qui dormierant surrexerunt · Et exe
untes de monumentis post resurrectionem eius · uenerunt in sc̄am
ciuitatem · & apparuerunt multis ·
ccc xl vi
II · MB· cc xc v · L· ccc xc ·
Centurio autem & qui cum eo erant custodientes ih̄m · uisso terrae motu
& his quae fiebant timuerunt ualde dicentes · Uere dī filius erat iste ·
ccc xl vii
VI · MB· cc xc vi
Erant autem ibi mulieres multae a longe · quae secutae erant ih̄m
a galilea ministrantes ei · Inter quas erat maria magdalenae · & maria
iacobi · & ioseph mater · & mater filiorum zebedei ·
ccc xl viii
I · MB· cc xc vii · L· ccc xc ii · I· cc viii ·
Cum autem sero factum esset · uenit quidam homo diues ab arimat
hia nomine ioseph · qui & ipse discipulus erat ih̄u · hic accessit
ad pilatum · & petiit corpus ih̄u · Tunc pilatus · iussit reddi corpus ·

ccc xl viii
I·
MR· cc xc viii
L· ccc xxx iii
I· cc

ET accepto corpore ioseph inuoluit illud insindone munda · & posuit illud in monumento suo nouo quod excauerat inpetra · Et aduoluit saxum magnum ad ostium monumenti · Et abiit ·

ccc l
III·
MR· cc xcv viii

ERat autem ibi maria magdalenae & altera maria · sedentes contra sepulchrū ·

ccc li
X·

ALtera autem die quae est post parasceuen · conuenerunt principes sacerdotum & pharisei ad pilatum dicentes · Domine · recordati sumus · quia seductor ille dixit adhuc uiuens · post tres dies resurgam · Iube ergo custodiri sepulchrum · usque in diem tertium · Ne forte ueniant discipuli eius · & furentur eum, Et dicant plebi · surrexit a mortuis · Et erit nouissimus error · peior priore · Ait illis pilatus · Habetis custodiam · ite custodite sicut scitis · Illi autem abeuntes · munierunt sepulchrum · Signantes lapidem cum custodibus ·

ccc lii
I·
MR· cc xcv i
L· ccc xxx vi
I· cc viii

VESPERE AUTEM SABBATI QUAE LUCESCIT in prima sabbati · uenit maria magdalene · & altera maria uidere sepulchrum, Et ecce terrae motus · factus est magnus · Angelus enim dñi descendit de caelo · & accedens reuoluit lapidem · & sedebat super eum ·, Erat autem aspectus eius sicut fulgur · & uestimenta eius sicut nix · Praetimore autem eius exterriti sunt custodes · & facti sunt uelut mortui ·

ccc liii
II
MR· cc xxx v
L· ccc xxx vii

RESPONDENS autem angelus · dixit mulieribus · Nolite timere uos ·, Scio enim quod ihm̄ qui crucifixus est quaeritis · Non est hic ·, Surrexit enim sicut dixit · Uenite & uidete locū ubi positus erat dñs ·, Et cito euntes dicite discipulis eius · quia surrexit · & ecce p̄cedit uos in galileā · Ibi eum uidebitis · ecce dixi uobis ·, Et exeuntes cito de monumento

ccc liiii
II
MR· ccc xxx iii
L· ccc xxx vii

cum timore magno · currentes nuntiare discipulis eius ·

ccc Lv

X· Et ecce ihc occurrit illis dicens· Aue· Illae autem accesserunt
& tenuerunt pedes eius· & adorauerunt eum· Tunc ait illis ihc·
Nolite timere· Ite nuntiate fratribus meis ut eant ingalileam:
ibi me uidebunt· Quae cum abissent· ecce quidam de custo
dibus ueneruntin ciuitatem· & nuntiauerunt principibus sacer
dotum omnia quae facta fuerant· Et congregati cum senio
ribus consilio accepto· pecuniam copiosam dederunt militibus
dicentes· Dicite quia discipuli eius nocte uenerunt· & furati
sunt eum nobis dormientibus· Et si hoc auditum fuerit a prae
side· Nos suadebimus ei· & securos uos faciemus· At illi accepta
pecunia· fecerunt sicut erant docti· Et diuulgatum est
uerbum istud apud iudaeos usque in hodiernum diem: Undecim
autem discipuli abierunt in galileam in montem· ubi constitu
erat illis ihc· Et uidentes eum adorauerunt· quidam autem
dubitauerunt· Et accedens ihs· locutus est eis dicens·
Data est mihi omnis potestas· In caelo & in terra· Euntes ergo
docete omnes gentes· baptizantes eos in nomine patris & filii
& spus sci· Docentes eos seruare omnia· quecumque mandaui
uobis· Et ecce ego uobiscum sum omnibus diebus·
usque ad consummationem seculi· AMEN

INCIPIT ARGUMENTUM HIE
RONIMI IN MARCUM EUANGT.

MARCUS INTERPRIS APOSTOLI
petri · & alexandrinae ecclesiae primus
episcopus · qui dn̄m quidem saluatorem · Ipse non
uidit · sed ea quae magistrum audierat predican
tem · iuxta fidem magis rerum narrauit quam ordi
nem ·

INCIPIT EUANGELIU
SICUNDUM MARCUM ·

1
II
M. cm.
L. Lxx.

INITIVM EVANGELII IHV XPI FILII DI SICVT SCRIPTVM EST INESAIA PROPHETA

Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam qui parabit viam tuam

1

II
I
M. VIII.
L. VII.
I. X.

VOX CLAMANTIS IN DESERTO PARATE VIAM DNI RECTAS FACITE SEMITAS EIVS

III
V.
M·VIIII·

Fuit iohannes indeserto baptizans & praedicans baptismum paenitentiae·
in remissionem peccatorum· Et egrediebatur adillum omnis
iudaeae regio & iherosolimitę uniuersi· & baptizabantur abillo
iniordane flumine confitentes peccata sua·

IIII
I·
M·XI
L· X·
I· XII·

Et erat iohannes uestitus pilis camel· & zona pellicia circa lum
bos eius· Et locustas & mel siluestre edebat· & praedicabat dicens·
Venit fortior me post me· cuius non sum dignus procumbens soluere
corrigiam calciamentorum eius· Ego baptizaui uos aqua·
ille baptizabit uos spu sco·

V
II·
M· XIIII
L XIII
÷ I· XV·

Et factum est indiebus illis· Uenit ihs anazareth galilaeae· &
baptizatus est iniordane aiohanne· Et statim ascendens de
aqua uidit apertos caelos· & spm tamquam columbam descen
dentem & manentem ipso· Et uox facta est de caelis· Tues
filius meus dilectus· Inte complacui·

VI
II·
M·XV
L·XV·

Et statim sps expulit eum indesertum· & erat indeserto quadra
ginta diebus & quadraginta noctibus· & temptabatur asatana·

VII
VI.
M XVII

eratque cum bestiis· & angeli ministrabant illi·

Post quam autem traditus est iohannes· uenit ihs ingalilęam·

VIII
IIII.
M·XVIII
L·XX VI·

praedicans euangelium regni dī & dicens· Quō impletum est
tempus· & appropinquabit regnum dī· Paenitemini· & credite
euangelio· Et praeteriens secus mare galilęae· uidit symonē
& andream fratrem eius· mittentes retia inmare· Erant enī piscatores·

X
II·
M·XXI
L· XXI·

Et dixit as ihs· Uenite post me· & faciam uos fieri piscatores
hominum· Et protinū relictis retibus· secuti sunt eum·

XI
VI·
M·XXII

Et progressus inde pusillum· uidit iacobum zebedei & iohannem
fratrem eius· Et ipsos in naui componentes retia· & statim

uocauit illos' Et relicto patre suo zebedeo in naui cum mercen
nariis secuti sunt eum'

xii
VIII. Et ingrediuntur capharnaum' Et statim sabbatis ingressus in sy na
L xxiii. gogam docebat eos'

xiii
11. Et stupebant super doctrina eius erat enim docens eos quasi potes
M.Lxii. tatem habens & non sicut scribae'
L iiii.
& xxiiii.

xiiii
VIII. Et erat in sy nagoga eorum homo in spiritu inmundo Et excla
L xxv. mauit dicens' Quid nobis & tibi ihu nazarene & Uenisti
perdere nos Scio qui sis sc̄s dei' Et comminatus est ei ih̄s dicens'
Ob mutesce & exi de homine' Et discerpens eum spiritus inmun
dus & exclamans uoce magna exiit ab eo' Et mirati sunt om
nes ita ut conquirerent inter se dicentes' Quid na est hoc &
quae doctrina haec noua & Quia potestate & spiritibus in
mundis imperat & oboediunt ei' Et processit rumor eius statim
in omnem regionem galileae'

xv
11. Et protin' egredientes de sy nagoga uenerunt in domum sy monis
M.Lxvii & andreae cum iacobo & iohanne' Decumbebat autem socrus
L xxvi. sy monis febricitans & statim dicunt ei de illa' Et accedens
eleuauit eam apprehensa manu eius & continuo dimisit eam
febris & ministrabat eis' Uespere autem facto cum occidisset
sol afferebant ad eum omnes male habentes & daemonia habentes'
Et erat omnis ciuitas congregata ad ianuam & curauit multos
qui uexabantur uariis languoribus & daemonia multa eiciebat'

xvi
VIII. Et non sinebat loqui ea quoniam sciebant eum'
L xxvii.

xvii
VIII. Et diluculo ualde surgens egressus abiit in desertum locum'
L xxviii. ibique orauit' Et persecutus est eum sy mon & qui cum illo erant

& cum inuenissent eum dixerunt ei· Quia omnes quærunt te·

Et ait illis· Eamus In proximos uicos & ciuitates ut & ibi prædicem·

λ dhoc enim ueni· Et erat prædicans in synagogis eorum & omni

galilæa· & dæmonia eiciens·

xviii· II M. lxiii. l. xxxiii. Et uenit ad eum leprosus deprecans eum· & genu flexo dixit·

Si uis potes me mundare· Ihs autem misertus eius· extendit manũ

suam & tangens eum· ait illi· Uolo mundare· Et cum dixisset·

statim discessit a beo lepra & mundatus est· Et comminatus est ei·

statimque eiecit illum· & dicit ei· Uide nemini dixeris· sed

uade ostende te principi sacerdotum· Et offer pro emundatione tua· quæ præcepit moyses in testimonium illis·

xviiii· X At ille egressus cœpit prædicare & diffamare sermonem· ita ut

iam non posset manifeste in ciuitatem introire· sed foris in desertis

locis esse· Et conueniebant ad eum undique·

xx· 2 I M. lxx. l. xxvii. l. xxviii. Et iterum intrauit capharnaum post dies· & auditum est quod

in domo esset· & conuenerunt multi ita ut non caperet· Neque

ad ianuam· & loquebatur eis uerbum· Et ueniunt ferentes

ad eum paralyticum· qui a quattuor portabatur· Et cum non

possent offerre eum illi præ turba· Nudauerunt tectum ubi erat·

& patefacientes summiserunt grabatum in quo paralyticus iacebat·

Cum uidisset autem ihs fidem illorum· ait paralytico· Fili· dimittuntur tibi peccata· Erant autem illic quidam de scribis sedentes·

& cogitantes in cordibus suis· Quid hic sic loquitur· ec Blasphemat·

Quis potest dimittere peccata Nisi solus ds· ec Quo statim cognito

ihs spũ suo quia sic cogitarent intra se· Dicit illis· Quid ista

cogitatis in cordibus uestris· ec Quid est facilius dicere paralytico·

dimittuntur tibi peccata· aut dicere surge tolle grabatum tuum
& ambula·ſ Ut autem sciatis quia potestatem habet filius homi
nis in terra dimittendi peccata· ait paralytico· Tibi dico· surge
tolle grabatum tuum· & uade in domum tuam· Et stat(um) ille·
surrexit· & sublato grabato abiit coram omnibus· ita ut admira
rentur omnes· & honorificarent dm̄ dicentes· quia nunquam sic
uidimus·

xc i·
II
M· l· xc ii·
l· xc viii·
Et egressus est rursus admare· omnisque turba ueniebat ad eum·
& docebat eos· Et cum preteriret uidit leuin alphei sedentē ad telo
neum· & ait illi· Sequere me· Et surgens secutus est eum·

xc ii·
II
M· l· xc ii·
l· xxx viii·
& c l· xx vi·
Et factum est cum accumberet in domo illius· multi publicani & pec
catores simul discumbebant cum ih(es)u̾ & discipulis eius· Erant
enim multi qui & sequebantur eum· Et scribae & pharisęi uidentes
quia manducat cum publicanis & peccatoribus· dicebant discipulis
eius· Quare cum publicanis & peccatoribus manducat & bibit ma

xc iii·
II
M· l· xc iii·
l· xl·
gister uester· ſ Hoc audito ihs· ait illis· Non necesse habent sani medico·
sed qui male habent· Non enim ueni uocare iustos sed peccatores·
Et erant discipuli iohannis & pharisęi ieiunantes· & ueniunt & dicunt
illi· Quare discipuli iohannis & pharisęorum ieiunant· Tui aute(m)
discipuli non ieiunant· Et ait illis ihs· Num quid possunt filii
nuptiarum quamdiu sponsus cum illis est ieiunare· ſ quanto te(m)pore
habent secum sponsum non possunt ieiunare· Uenient aute(m) dies
cum auferetur ab eis sponsus· & tunc ieiunabunt in illis diebus·
Nemo ad sumentū panni rudis ad suit uestimento ueteri· Alioquin
aufert supplementum nouum a ueteri· & maior scissura fit·
Et nemo mittit uinum nouum in utres ueteres· Alioquin disrup(tur)

unum utres & unum effundetur & utres peribunt · sed unum nouum
in utres nouos mitti deb& ·

xc iiii·
II ·
M· cxiiii
l· xl i·
Et factum est rterum · cum sabbatis ambularet per sata · & discipuli eius
coeperunt prægredi & uellere spicas · Pharisei autem dicebant ei ·
Ecce quid faciunt sabbatis quod non licet & · Et ait illis · Numquã legistis
quid fecerit dauid quando necessitatem habuit · & esurit ipse & qui
cum eo erant · quomodo introiit in domum dei subabiathar princpe
sacerdotum · & panes ppositionis manducauit · quos non licebat man
ducare · nisi sacerdotib; & dedit eis qui cum eo erant ·

xcv·
II ·
M· cxvi·
l· xl ii·
Et dicebat eis · Sabbatum ppter hominem factum est · & non homo ppter
sabbatum · Itaque dñs est filius hominis · & iam sabbati · Et introiit
rterum in synagogam · & erat ibi homo habens manum aridam · & ob
seruabant eum si sabbatis curaret & ut accusarent illum · & ait homini
habenti manum aridam · Surge in medium · Et dic& eis · Lic& sabbatis
bene facere · an male · animam saluam facere · an perdere · At illi tacebãt ·
Et circumspiciens eos cum ira · contristatus super cecitate cordis eorũ ·
dicit homini · Extende manũ tuam · & extendit · & restituta est
manus illi ·

xcvi·
IIII·
M· cvii
l· xciii
& xcv·
Exeuntes autẽ statim pharisei cum herodianis consilium faciebant ad
uersus eum quomodo eum perderent · Et ihs cum discipulis suis recessit ad mare ·
I· xcvii
M· xciii
l· xl v·
l· xl vi·
Et multa turba a galilea · & iudea secuta est eum · & ab hierosolimis ·
& abidumea · & transiordanen · & qui circa tyrum & sidonem multa
tudo magna · audientes quæ faciebat · uenerunt ad eum · Et dixit
discipulis suis · ut nauicula sibi deseruirent ppter turbam · ne compri
merent eum · Multos enim sanabat ita ut irruerent in eum ut illum
tangerent · quot quot habebant plagas · & spũs immundi cum illum

uidebant prodebant ei

xxviii
II · Et clamabant dicentes · Tu es filius dei · Et increpans eis · non sinebat eos manifestum eum facere ·
M· Lxxviii
L· Lxxvi

xxviii · VIII · L· xxviii ·

Et ascendens in montem · uocauit ad se quos uoluit ipse · & uenerunt ad eum · & fecit ut essent duodecim cum illo · & ut mitteret eos prædicare ·

xxx
II · Et dedit illis potestatem curandi infirmitates · & eiciendi dæmonia ·
M· Lxx·
L· xLiii

Et imposuit simoni nomen petrus · & iacobum zebedei · & iohannem fratrem iacobi · & inposuit eis nomina boanerges · quod est filii tonitrui · & Andream & philippum · & bartholomeum · & matheum · & thomam · & iacobum alfei · & taddeum · & Simonem chananeum · & iudam scariothe · qui tradidit illum ·

xxxi
X · Et ueniunt ad domum & conuenit iterum turba · ita ut non possent neque panem manducare · Et cum audissent sui exierunt tenere eum · Dicebant enim · quo in furorem uersus est ·

xxxii
II · Et scribæ qui ab hierosolymis descenderant dicebant · quo beelzebub habet · & quia in principe dæmoniorum eicit dæmonia ·
M· Cxxi
L· Cxcviii·

xxxiii
II · Et conuocatis eis in parabolis dicebat illis · Quomodo potest satanas satanan eicere · & Et si regnum in se diuidatur · non potest stare regnum illud ·
M· Cxxii
L· Cxcviiii·

Et si domus super se ipsam dispertiatur · non poterit domus illa stare · Et si satanas consurrexerit in semetipsum dispertitus est · & non poterit stare · sed finem habet · Nemo potest uasa fortis ingressus in domum diripere · nisi prius fortem alliget · & tunc domum eius diripiet ·

xxxiiii
II · Amen dico uobis quo omnia dimittentur filiis hominum peccata & blasphemiæ · quibus blasphemauerint · qui autem blasphemauerit in spm scm · non habet remissionem in æternum · sed reus erit æterni delicti ·
M· Cxxiii
L· CxLvii

quo dicebant spm immundum habet ·

xxxv
II · Et uenerunt mater eius & fratres & foris stantes · miserunt ad eum uocantes eum · & sedebat circa eum turba · & dicunt ei · Ecce mater tua & fres
M· Cxxxv·
L· Lxxxii

tui foris quęrunt te. Et respondens eis ait. Quę est mater mea & fres
mei. Et circumspiciens eos qui in circuitu eius sedebant. ait. Ecce mater
mea & fratres mei. Quicunq; fecerit uoluntatem dī. hic frater meus.
& soror mea. & mater est.

xxx vi
4 ll. Et iterum coepit docere ad mare. & congregata est ad eum turba multa
M. c xxxi
L. Lxx vi ita ut in nauem ascendens. sederet in mari. Et omnis turba circa mare
fuit super terrā erat. & docebat illos in parabolis multa. & dicebat illis
in doctrina sua. Audite. Ecce exiit seminans ad seminandum.
Et dum seminat. aliud cecidit circa uiam. & uenerunt uolucres
& comederunt illud. Aliud uero cecidit super petrosa. ubi non
habuit terram multam. & statim exortū ē. quō non habebat alti
tudinem terrę. Et quando exortus est sol. exaestuauit. & eo quod
non habebat radicem exaruit. Et aliud cecidit in spinas. & ascen
derunt spinę. & suffocauerunt illud. & fructū non dedit. Et aliud
cecidit in terrā bonam. & dabat fructū ascendentē & crescentem.
Et afferebat unum triginta. & unū sexaginta. & unum centum.
Et dicebat. Qui habet aures audiendi audiat. Et cum esset singularis.
Interrogauerunt eum hi qui cū eo erant duodecim parabolam. &
dicebat eis. Uobis datum ē scire mysterium regni dī.

xxx vii.
I. Illis autē qui foris sunt. in parabolis omnia fiunt. Ut uidentes uideant.
M. c xxx iii.
L. Lxx vii & non uideant. & audientes audiant. & non intellegant. nequando
I. c viiii conuertantur. & dimittantur eis peccata. Et ait illis. Nescitis para
bolam hanc. & quomodo omnes parabolas cognoscetis.

xxx viii.
II. Qui seminat. uerbū seminat. Hi autem sunt qui circa uiā ubi seminat
M. c xxx v.
L. Lxx viii uerbum. & cū audierint. confestim uenit satanas & aufert uerbū
quod seminatum ē. in cordib, eor. Et hi sunt similiter qui super

petrosa seminantur. Qui cum audierint uerbū statim cum gaudio
accipiunt illud. & non habent radicem in se sed temporales sunt.
Deinde orta tribulatione & persecutione propter uerbū confestim
scandalizantur. Et alii sunt qui in spinis seminantur. hi sunt qui
uerbū audiunt. & erumnæ seculi & deceptio diuitiarū. & circa
reliqua concupiscentiæ introeuntes suffocant uerbū. & sine fructu
efficitur. Et hi sunt qui super terrā bonam seminati sunt. qui
audiunt uerbū & suscipiunt & fructificant. Unum triginta. & unū
sexagima. & unum centum.

xxx viiii
M· xxx ii
L· xxx iii
Et dicebat illis. Numquid uenit lucerna ut sub modio ponatur
aut sub lecto. Nonne ut super candelabrū ponatur.

xl
M xc ii
L lxx.
Non enim est aliquid absconditum quod non manifestetur. Nec
factum est occultum. sed ut in palam ueniat. Si quis habet aures au
diendi audiat. Et dicebat illis. Uidete quid audiatis. In qua
xl i
M· l
L· l vi
mensura mensi fueritis remetietur uobis. & adicietur uobis.

xl ii
M· cc l xx i
L· cc xxx
Qui enim habet. dabitur illi. Et qui non habet. & quod habet
auferetur a illo. Et dicebat. Sic est regnum dei. quem admodum
si homo iaciat sementem in terra & dormiat. Et exsurgat nocte ac
die. & semen germinet & increscat dum nescit ille. Ultro enim terra
fructificat. primum herbam. deinde spicam. deinde plenum frumentum
in spica. Et cum se produxerit fructus. statim mittit falcem quoniam
xl iiii
M· cc xxx vii
L· cc l xx vii
Et dicebat. Cui adsimilabimus regnum dei. aut cui parabolæ comparauimus illud. Sicut granum sinapis quod
cum seminatum fuerit in terra minus est omnibus quæ sunt in terra.
& cum seminatum fuerit. ascendit & fit maius omnibus holeribus. &
facit ramos magnos. ita ut possint sub umbra eius aues cæli habitare.

xl iii
X

xl v
VI. Et talibus multis parabolis loquebatur eis uerbum prout poterant audire.
M·c·xxx·viii

Sine parabola autem non loquebatur eis.

xl vi
X. Seorsum autem discipulis suis disserebat omnia.

xl vii
11 Et ait illis in illa die cum sero esset factum. transeamus contra. & di
M·l·x·viii
l·l·xxiii mittentes turbam. assumunt eum ita ut erat in nauí. Et alie naues
erant cū illo. Et facta est procella magna uenti. & fluctus mittebat
in nauem ita ut impleretur nauis. & erat ipse in puppi supra cervical
dormiens. & excitant eum. & dicunt ei. Magister. non adte per
tinet quia perimus. Et exsurgens comminatus est uento. & dixit
mari. Tace. obmutesce. Et cessauit uentus. & facta est tranquillitas
magna. Et ait illis. quid timidi estis. Nec dum habetis fidem.
& timuerunt magno timore. & dicebant ad alterutrum. Quis putas
+ est iste. quia & uenti & mare oboediunt ei. Et uenerunt trans
fretum maris in regionē gerasenorum. Et exeunti ea de naui.
statim occurrit de monumentis homo in spiritu immundo qui
domicilium habebat in monumentis. & neq; catenis iam quisquam
eum poterat ligare. Quō sepe conpedibus & catenis uinctus disrupisset &
catenas. & conpedes cōminuisset. & nemo poterat eum domare.
& semper nocte ac die in monumentis & in montibus erat. Clamans
& concidens se lapidibus. Uidens autem ihm̄ alonge cucurrit &
adorauit eum. & clamans uoce magna dixit. Quid mihi & tibi ihū
fili dī summi. Adiuro te per dm̄ ne me torqueas. Dicebat enī illi.
Exi spiritus immunde ab homine. Et interrogabat eū. Quid tibi nomen est.
& dicit ei. Legio nomen mihi est. quia multi sumus. Et deprecabatur eum
multū. ne se expelleret extra regionem. Erat autem ibi circa montē
grex porcorum magnus pascens. & deprecabantur eū spiritus dicentes.

Mitte nos inporcos· ut in eos introeamus· Et concessit eis statim ihs·
Et exeuntes spiritus inmundi· introierunt inporcos· Et magno
impetu grex precipitatus est inmare ad duo milia· Et suffocati sunt
in mari· Qui autem pascebant eos fugerunt & nuntiauerunt in ci
uitatem & in agros· Et egressi sunt uidere quid esset & facti· & ueniunt
ad ihm & uident illum qui a demonio uexabatur· sedentem uestitum
& sanx mentis· & timuerunt· & narrauerunt illis qui uiderant qualiter
factum esset & ei qui demonium habuerat· & de porcis· Et rogare eum
coeperunt ut discederet de finibus eorum·

xl viii
VIIII
l lxxxiiii
Cumque ascenderet nauem coepit illum deprecari· qui a demonio uex
atus fuerat ut esset cum illo· & non admisit eum· sed ait illi· Vade
in domum tuam ad tuos· & adnuntia illis quanta tibi dns fecerit & miserauit tui·
Et abiit & coepit predicare· in decapoli· quanta sibi fecisset ihs· & omnes mirabantur·

xl viii
II
M lxxiiii
l lxxv.
Et cum transcendisset ihs in naui iterum trans fretum conuenit turba multa
ad illum· & erat circa mare· & uenit quidam de archisynagogis nomine
iairus· & uidens eum procidit ad pedes eius· & deprecabatur eum multum dicens·
Quod filia mea in extremis est· Veni inpone manum super eam ut salua sit
& uiuat· Et abiit cum illo· & sequebatur eum turba multa & com pri
mebant illum· Et mulier quae erat in profluuio sanguinis annis xii· &
fuerat multa perpessa a conpluribus medicis· & erogauerat omnia sua·
nec quicquam profecerat· sed magis deterius habebat· Cum audisset de ihu·
uenit in turba retro· & tetigit uestimentum eius· Dicebat enim· quia
si uel uestimentum eius tetigero· salua ero· Et confestim siccatus est
fons sanguinis eius· & sensit corpori quod sanata esset a plaga· & statim
ihs cognoscens in semetipso uirtutem quae exierat de eo conuersus
ad turbam ait· Quis tetigit uestimenta mea· Et dicebant ei disci

pulisti· Uidesturbā conprimentem te· & dicis· quis me tetigit·

Et circumspiciebat uidere eam quæ hoc fecerat· mulier autem timens & tremens· sciens quod factum esset in se· uenit & procidit ante eum & dixit ei omnem ueritatem. Ille autem dixit ei· filia· fides tua te saluam fecit· uade in pace· & esto sana a plaga tua· Adhuc eo loquente· ueniunt a archisynagogo dicentes· Quia filia tua mortua est Quid ultra uexas magistrum· Ihs autem uerbo quod dicebatur audito· ait archisynagogo· Noli timere· Tantūmodo crede· & non admisit quēquā sequi sē nisi petrum & iacobū & iohannē fratrē iacobi· Et ueniunt in domū archisynagogi· & uidit tumultū· & flentes & ululantes multum· Et ingressus· ait eis·

Quid turbamini & ploratis· Puella non est mortua· sed dormit Et irridebant eum· Ipse uero eiectis omnib· adsumit patrē & matrē puellę· Et qui secum erant· & ingreditur ubi erat puella iacens· Et tenens manū puellę· ait illi· Talitha cumi· quod est interpretatū· puella· tibi dico surge· Et confestim surrexit puella· & ambulabat· Erat aū annorum xii· & obstupuerunt stupore maximo· Et pcepit illis uehemēt· ut nemo id sciret· & dixit dari illi manducare·

6 L I· M·cc·Li· L·xviii I·L viii· Et egressus inde abiit in patriam suā· & sequebantur illum discipuli sui· & facto sabbato· coepit in synagoga docere· Et multi audientes admirabantur in doctrina eius dicentes· Unde huic hæc omnia· & quæ est sapientia quæ data est illi· & uirtutes tales quæ per manus eius efficiuntur· Nonne iste est faber filius mariæ· frater iacobi & ioseph & iudæ & simonis· Nonne & sorores eius hic nobiscum sunt· & scandalizabantur in illo·

Li I· M·cc·Lv· L·cc·l· I·cc·v· Et dicebat eis ihs· Quia non est pphēta sine honore· nisi in patria sua

&incognatione sua· &indomo sua· Et nō poterat ibi uirtutem
ullam facere· nisi paucos infirmos inpositis manibus curauit·
l· ii· Et mirabatur propter incredulitatem illorum·
ii· Et circuibat castella incircuitu docens·
M· lxx·vi
l· clxviiii
Et conuocauit duodecim &coepit eos mittere binos· &dabat
l· iii·
ii·
M· lxxx ii·
l· lxxx vi·
&c·x·
illis potestatem spirituum inmundorū· &pcepit eis nequid tol
lerent in uia· nisi uirgā tantum· Non peram· non panē· neque
l· iiii·
in zona aes· sed calciatos sandaliis· Et ne induerentur duabꝫ tonicis·
ii· Et dicebat eis· Quocunq; introieritis in domum· illic manēte·
M· lxxx iii·
l· lxxx vii·
& c xii·
donec exeatis inde·
l· v·
ii· Et quicūque non receperint uos· neque audierint uos· exeuntes inde
M· lxxx v·
l· c xiiii
excutite puluerem de pedibus uestris in testimonium illis·
l vi
viii· Et exeuntes· prædicabant ut pœnitentiam agerent· &daemonia
l· lxxx viii
multa eiciebant· &unguebant oleo multos aegros· &sanabant·
l· vii
ii· Et audiuit herodes rex· manifestum enī factum est nomen eius &
M· c xl iii
l· lx l
dicebat· quia iohannes baptista resurrexit a mortuis· &ppterea
operantur uirtutes in illo· Alii autem dicebant· quia helias est·
l· viii·
Alii autem dicebant· quia prophēta est quasi unus ex prophētis·
x·
Quo audito herodes ait· Quem ego decollaui iohannem· hic amor
l· viii
ii·
M· c xl iii
l· x ii·
tuus resurrexit· Ipse enim herodes misit & tenuit iohannem·
& uinxit eum in carcere· propter herodiadem uxorem philippi
lx·
vi
M· c xl· vi·
fratris sui quia duxerat eam· Dicebat enim iohannes herodi·
Non licet tibi habere uxorem fratris tui· Herodias autem insidia
batur illi· &uolebat occidere eum· nec poterat· Herodes enim
metuebat iohannem· sciens eum uirum iustum &scm· &custodiebat
eum· Et audito eo multa signa faciebat· &libenter eū audiebat·

Et cum dies oportunus accidisset herodes natali suo caenam
fecit principibus & tribunis & primis galileae. Cuq; introisset filia
ipsius herodiadis & saltasset & placuisset herodi simulque recum
bentibus rex ait puellae. Pete a me quod uis & dabo tibi. Et
iurauit illi quia quicquid petieris dabo tibi. Licet dimidium
regni mei. Quae cum exisset dixit matri suae. Quid petam. Illa
dixit. Caput iohannis baptistae. Cumque introisset statim
cum festinatione ad regem petiit dicens. Volo ut protinus des
mihi in disco caput iohannis baptistae. Et contristatus est rex
ppter iusiurandum & ppter simul recumbentes. noluit ea contristari.
sed missso spiculatore praecepit afferri caput eius in disco. Et decolla
uit eum in carcere. & attulit caput eius in disco & dedit illud puellae.
& puella dedit matri suae. Quo audito discipuli ei. uenerunt & tulerunt corp
eius. & posuerunt illud in monumento. Venerunt & docuerunt.

Lxi. VIII. Lxxi. Et conuenientes apostoli ad ihm renuntiauerunt illi omnia quae

Et ait illis. Uenite seorsum in desertum locum & requiescite pusillum. Lxii X.

Erant enim quiuenientes & recedentes multi & nec manducandi
spatium habebant.

Lxiii. VI. M.Lxxvi. Et ascendentes in nauem abierunt in desertum locum seorsum &
uiderunt eos abeuntes & cognouerunt multi & pedestres & de
omnibus ciuitatibus concurrerunt illuc & praeuenerunt eos.

Et exiens uidit multam turbam ihs & misertus est super eos quia
erant sicut oues non habentes pastorem & coepit docere illos multa.

Lxiiii. I. Mexlvii. Lxciii. lxlviii. Et cum iam hora multa fieret accesserunt discipuli eius dicentes.
Desertus est locus hic & iam hora praeterijt. Dimitte illos
ut euntes in proximas uillas & uicos emant sibi cibos quos manducent.

Et respondens ait illis. Date illis uos manducare. Et dixerunt ei.
Euntes emamus denariis ducentis panes. & dabimus eis manducare.
Et dicit eis. Quot panes habetis. Ite & uidete. Et cum cogno
uissent. dicunt. quinque. & duos pisces. Et præcepit illis ut
accumbere facerent omnes. secundum contubernia super uiride
faenum. Et discubuerunt inpartes. per centenos. & quinqua
genos. Et acceptis quinq; panibus & duobus piscibus. intuens
in cælum. benedixit & fregit panes. & dedit discipulis suis ut po
nerent ante eos. & duos pisces diuisit omnibus. Et mandu
cauerunt omnes. & saturati sunt. Et sustulerunt reliquias frag.
mentorum duodecim cophinos plenos. & de piscibus. Erant autẽ
qui manducauerunt. quinque milia uirorum.

Lxv. VI. Mcxlvm. Et statim coegit discipulos suos ascendere nauem ut præcederent
eum transfretum ad bethsaidam. dum ipse dimitteret populũ.

Lxvi. II. Mcxlviii. Et cum dimisisset eos. abiit in montem orare.

Lxiii. & xxxv. Et cum sero esset. erat nauis in medio mari. & ipse solus in terra.

Lxvii. IIII. Mcl. li. Et uidens eos laborantes in remigando. erat enim uentus contra
rius eis. Et circa quartam uigiliam noctis uenit ad eos ambulans
super mare. & uolebat præterire eos. At illi ut uiderunt eum
ambulantem super mare. putauerunt fantasma esse. & excla
mauerunt. Omnes enim cum uiderunt. & conturbati sunt. Et sta
tim locutus est cum eis. & dixit illis. Confidite. ego sum. nolite timere.

Lxviii. VI. Mcli. Et ascendit ad illos in nauem. & cessauit uentus. & plus magis intra
se stupebant. Non enim intellexerant de panibus. Erat enim
cor illorum obcecatum. Et cum transfretassent. peruenerunt
in terram genesareth. & applicuerunt.

Lxviii.
II.
M.cLm.
Lxxvi.

Cumque egressi essent de naui continuo cognouerunt eum. & percurrentes uniuersam regionem illam. coeperunt ingrabatis eos qui se male habebant circumferre ubi audiebant eum esse. Et quocumque introibat in uicos uel in uillas aut ciuitates. In plateis ponebant infirmos. & deprecabantur eum. ut uel fimbriam uestimenti eius tangerent. & quotquot tangebant eum salui fiebant.

Lxx.
X.

Et conueniunt ad eum pharisei. & quidam describis uenientes ab hierosolimis. Et cū uidissent quosdā ex discipulis eius cōmunibus manibus. id est non lotis manducare panes uituperauerunt.

Pharisei enim & omnes iudei. nisi crebro lauent manus. non manducant. tenentes traditiones seniorum. & a foro nisi baptizentur. non comedunt. Et alia multa sunt quae tradita sunt illis seruare.

Baptismata calicum & urceorum. & aeramentorum & lectorum.

Lxxi.
VI.
M.cLmi.

Et interrogabant eum pharisei. & scribae. Quare discipuli tui non ambulant iuxta traditionem seniorum. sed communibus manibus manducant panem. At ille respondens dixit eis. Bene prophetauit de uobis esaias hypocritis. sicut scriptum est. Populus hic labiis me honorat. Cor autem eorum longe est a me. In uano autem me colunt. docentes doctrinas praecepta hominum. Relinquentes enim mandatum dī. tenetis traditionē hominū. baptismata urceorum & calicum. & alia similia his facitis multa. Et dicebat illis. Bene irritum facitis praeceptum dī. ut traditionem uestrā seruetis.

Moyses enim dixit. Honora patrem tuum & matrem tuā. Et qui maledixerit patri aut matri. morte moriatur. Uos autem dicitis.

Si dixerit homo patri uel matri corban quod est donum quodcūq; ex me tibi profuerit. & ultra non dimittitis eum quicquā facere

patri suo aut matri · respondentes uerbum dī per traditionem uestrā
quam tradidistis · & similia huiusmodi multa facitis · Et aduocans
iterum turbam dicebat illis · Audite me omnes · & intellegite ·
Nihil est extra hominem introiens in eum quod possit eū coinqui
nare · Sed quæ de homine procedunt illa sunt quæ coinquinant
hominem · Si quis habet aures audiendi audiat ·
Lxxii · VI · M · C · LVII · Et cum introisset in domum a turba · Interrogabant eum discipuli eius
parabolam · & ait illis · Sic & uos imprudentes estis · Non intellegitis ·
quia omne extrinsecus introiens in hominem non potest eū cōmu
nicare · quia non intrat in cor eius · sed in uentrem & in secessum
exit purgans omnes escas · Dicebat autem · quō quæ de homine
exeunt illa cōmunicant hominem · Ab intus enim de corde
hominū cogitationes male procedunt · Adulteria · fornicationes ·
homicidia · furta · auaritiæ · nequitiæ · dolus · Impudicitia · oculus
malus · blasphemia · superbia · stultitia · omnia haec mala ab intus
procedunt & cōmunicant hominem ·
÷ VII · Et inde surgens abiit in fines tyri & sidonis · & ingressus domū
neminem uoluit scire & non potuit latere · Mulier cui nomen erat ut
audiuit de eo cui habebat filia spiritū immundū · Intrauit & procidit
ad pedes eius · Erat autem mulier gentilis syrophonissa genere ·
Lxxiii ·
VI · M · C · LVIII · Et rogabat ut dæmonium eiceret de filia eius · Qui dixit illi · Sine
prius saturari filios · Non enim bonum est sumere panem filiorum
& mittere canibus · At illa respondit · & dicit ei · Utique dne ·
Nam & catelli sub mensa comedunt de micis puerorum · Et ait illi ·
Propter hunc sermonem uade · Exiit dæmonium de filia tua ·
Et cum abisset domum suam · inuenit puellā iacentem super lectū

&demonium exisse'

Lxxiiii. X Et iterum exiens definibus tyri · uenit per sidonem admare galilee'
inter medios fines decapoleos' Et adducunt ei surdum & mutū ·
& deprecabantur eum ut inponat illi manum · Et adprehendens
eum de turba seorsum · misit digitos suos in auriculas ei & expuens
tetigit linguam eius' Et suspiciens in celum · ingemuit & ait illi'
Effa · quod est adaperire' Et statim apertæ sunt aures eius · & so
lutum est uinculum linguæ eius · & loquebatur recte · Et præ
cepit illis · ne cui dicerent'

Lxxv. VIII · Lc · Lxvi · VI · M · cLx · Quanto autem eis præcipiebat · tanto magis plus p̄dicabant & eo am
plius ad mirabantur dicentes' Bene omnia fecit · & surdos fecit
audire · & mutos loqui' In illis diebus · iterum · Cum turba
multa esset & cum ihū · nec haberent quod manducarent · conuocatis
discipulis · ait illis' Misereor super turba · quia ecce iam
triduo sustinent me · nec habent quod manducent' Et si di
misero eos ieiunos in domum suam · deficient in uia' Quidam
autem ex eis · de longe uenerunt' Et responderunt ei discipuli sui'
Unde istos poterit quis hic saturare panibus in solitudine · Et in
terrogauit eos' Quot panes habetis · Qui dixerunt · Septem'
Et præcepit turbæ · discumbere super terram · Et accipiens
septem panes · gratias agens · fregit & dabat discipulis suis ut ap
ponerent · & apposuerunt turbæ' Et habebant pisciculos
paucos · & ipsos benedixit · & iussit apponi' Et manducaue
runt · & saturati sunt' Et sustulerunt quod superauerat de
fragmentis · septem sportas' Erant autem qui manducauerunt
quasi quattuor milia & dimisit eos' Et statim ascendens nauem

cum discipulis suis· uenit inpartes dalmanutha·

Lxxvii. M°cLxi. l·Lii·
IIII· Et exierunt pharisei· & coeperunt conquirere cum eo· querentes
a billo signum de cælo· temptantes eum·

Lxxviii. M°cLxiii.
VI· Et ingemescens spū· ait· Quid generatio ista querit signum·
Amen dico uobis· si dabitur generationi isti signum· Et dimittens eos·
ascendens iterum nauem· abiit transfretum· & obliti sunt sumere panes·
& nisi unum panem non habebant secum in nauı·

lxxviii. M°cLxiii. LexLiii.
II· Et præcipiebat eis dicens· Uidete· cauete a fermento pharisæorum·
& a fermento herodis·

Lxxx. M°cLxv.
VI· Et cogitabant ad alterutrum dicentes· quia panes non habemus· Quo
cognito ihs· ait illis· Quid cogitatis quia panes non habetis· Nondū
cognoscitis nec intellegitis· adhuc cæcatum habetis cor uestrum·
oculos habentes non uidetis· & aures habentes non auditis· Nec recor-
damini quando quinque panes fregi in quinque milia· & quot cophi
nos fragmentorum plenos sustulistis· Dicunt ei· duodecim· Quando
& septem panes fregi in quattuor milia· quot sportas fragmentorum
tulistis· Et dicunt ei· Septem· & dicebat eis· Quomodo nondum
intellegitis·

Lxxxi.
X· Et uenium bethsaida· & adducunt ei cæcum· & rogabant eum
ut illum tangeret· Et apprehensa manu cæci· eduxit eum extra
uicum· & expuens in oculos eius impositis manibus suis· interrogauit
eum si aliquid uideret· Et aspiciens ait· Uideo homines uelut arbores
ambulantes· Deinde iterum imposuit manus super oculos eius &
coepit uidere· & restitutus est ita ut uideret clare omnia·
& misit illum in domū suam dicens· Ne de in domum tuam·
Et si in uicum introieris· nemini dixeris·

lxxx·ii·
1·
M·c·lxvi·
l·xc iiii·
l·lxx iiii·

Et egressus est ihs & discipuli eius in castella cesaree philippi, & in
uia interrogabat discipulos suos dicens eis· Quē me dicunt esse
homines·ꝛ Qui responderunt illi dicentes· Iohannem baptistam·
Alii heliam·Alii uero quasi unum de prophetis· Tunc dicit illis·
Uos uero quem me dicitis esse·ꝛ

lxxx iii·
11·
M·c lxvii·
l·xc v·

Respondens petrus ait ei· Tu es xps· Et comminatus est eis ne cui
dicerent de illo· Et coepit docere illos· quō oportet filiū hominis
multa pati·& reprobari a senioribus·& a summis sacerdotibus·& scribis·
& occidi·& post tres dies resurgere· Et palam uerbū loquebatur·

lxxx iiii·
Vi·
M·c lxviii·

Et apprehendens eum petrus coepit increpare eum· Qui conuersus
& uidens discipulos suos· comminatus est petro dicens· Ya de retro
me satana· quō non sapis quae dei sunt· sed quae sunt hominum·

lxxx v·
11
M·c lxx
l·xc vi·

Et conuocata turba cum discipulis suis· dixit eis· Si quis uult
me sequi· deneget semetipsum & tollat crucem suam·& sequatur me·
Qui enim uoluerit animam suam saluam facere· perdet eam· Qui autē
perdiderit animam suam propter me & euangelium· saluam faciet
eam· Quid enim proderit homini si lucretur mundum totum·
& detrimentum faciat animae suae· Aut quid dabit homo cō
mutationis pro anima sua·ꝛ

lxxx vi·
11·
M·c lxxi·
l·xc vii·
d'c·l vi·

Qui enim me confusus fuerit & mea uerba in generatione ista adul
tera & peccatrice· & filius hominis confundetur·ꝛ eum cum uenerit
in gloria patris sui cum angelis scis·

9

lxxx vii·
11·
M·c lxx ii·
l·xc viii·

Et dicebat illis· Amen dico uobis· quia sunt quidam de hic stan
tibus qui non gustabunt mortem· donec uideant regnum dei
uenientem in uirtute· Et post dies sex· assumpsit ihs petrum
& iacobum & iohannem & ducit illos in montem excelsum seorsū

solos· & transfiguratus est coram ipsis· & uestimenta eius facta sunt splen
dentia & candida nimis sicut nix· qualia fullo super terram
non potest candida facere· Et apparuit illis helias cum moyse·
& erant loquentes cum ihū· Et respondens petrus ait ihū· Rabbi·
bonum est nos hic esse· & faciamus tria tabernacula· Tibi unum· &
moysi unum· & heliae unum· Non enim sciebat quid diceret·
Erant enim timore exterriti· Et facta est nubes obumbrans eos· &
uenit uox de nube dicens· Hic est filius meus carissimus· audite
illum· Et statim circumspicientes· neminem amplius uiderunt·
nisi ihm̄ tantum secum· Et descendentibus illis de monte præ
cepit illis· ne cui quæ uidissent narrarent· nisi cum filius hominis
a mortuis resurrexerit·

lxxx viii·
x· Et uerbum continuerunt apud se· conquirentes· quid esset cum a mor
tuus resurrexerit·

lxxx viii·
vi· Et interrogabant eum dicentes· Quid ergo dicunt pharisæi & scribæ
vi· & lxx iii· quia helium oportet uenire primum· Qui respondens· ait illis·
Helias cum uenerit primo restituet omnia· & quomodo scriptum
est in filium homi nis ut multa patiatur & contemnatur· Sed
dico uobis· quia helias uenit· & fecerunt illi quæcumque
uoluerunt· sicut scriptum est de eo·

xc·
x· Et ueniens ad discipulos suos· uidit turbam magnam circa eos· & scribas
conquirentes cum illis· Et confestim omnis populus uidens ihm̄ stu
pefactus est· & expauerunt & accurrentes salutabant eum·

xc i·
ii· Et interrogauit eos· Quid intra uos conquiritis·
Et respondens unus de turba· dixit· Magister· attuli filium meum
lxxx viii· ad te habentem spiritum mutum· qui ubicumq; eum apprehenderit

allidit eum· & spumat· & stridꝫ dentibus· & arescꝫ· Et dixi discipulis
tuis ut eicerent illum· & non potuerunt· Qui respondens eis dicit·
O generatio incredula· quam diu apud uos ero· & quam diu uos patiar· &
afferte illum ad me· Et attulerunt eum· Et cum uidisset illum·
statim spiritus conturbauit eum· & elisus in terra uolutabatur spumans·
Et interrogauit patrem eius· Quantum temporis est ex quo hoc ei accidit·
At ille ait· ab infantia· Et frequenter eum & in igne & in aquas misit·
ut eum perderet· Sed & si quid potes adiuua nos· misertus nostri·
Ihs autem· ait illi· Si potes credere· omnia possibilia sunt credenti·
Et continuo exclamans pater pueri· cum lacrimis aiebat· Credo dne·
adiuua incredulitatem meam· Et cum uidisset ihs concurrentem
turbam· comminatus est spiritui inmundo dicens illi· Surde &
mute spiritus· ego tibi precipio· exi ab eo· & amplius ne introeas in eum·
Et clamans & multum discerpens eum· exiit ab eo· & factus est sicut
mortuus· ita ut multi dicerent· quia mortuus est· Ihs autem tenens
xc ii·
X·
manum eius eleuauit eum· & surrexit· Et cum introisset in domum·
discipuli eius secreto interrogabant eum· Quare nos non potuimus
eicere eum· Et dixit illis· Hoc genus in nullo potest exire·
nisi in oratione & ieunio·
xc iii·
II·
M· c lxxvi·
L· c 1·
Et inde profecti praeter grediebantur galileam· nec uolebat quemquam
scire· Docebat autem discipulos suos· & dicebat illis· Quod filius
hominis tradetur in manus hominum· & occident eum· & occisus
tertia die resurget· At illi ignorabant uerbum· & timebant eum
xc iiii·
X·
interrogare· Et uenerunt capharnaum· Qui cum domi essent·
interrogabat eos· Quid in uia tractabatis·
xc v·
II·
M· c lxxviii·
L· c· ii·
At illi tacebant· Siquidem inter se in uia disputauerant· quis esset

illorum maior. Et residens uocauit duodecim. & ait illis. Si quis
uult primus esse. erit omnium nouissimus. & omnium minister.
Et accipiens puerum. statuit eum in medio eorum. quem cum complex
us esset. ait illis. Quisquis unum exhuiusmodi pueris receperit
in nomine meo. me recipit.

xc vi. l. m. xc viii l. c xvi l. c xc & xl
Et quicumque me susceperit. non me suscipit. sed eum qui me misit.
Respondit illi iohannes dicens. Magister. Vidimus quendam in
nomine tuo eicientem dęmonia. qui non sequitur nos. & prohi
buimus eum. Ihē autem ait. Nolite prohibere eum. Nemo est
enim qui faciat uirtutem in nomine meo. & possit cito male loqui
de me. Qui enim non est aduersum uos pro uobis est.

xc vii. VIII. l. c iii.

xc viii. VI. m. c.
Quisquis enim potum dederit uobis calicem aquæ in nomine meo.
quia xpi estis. Amen dico uobis. non perdet mercedem suam.

xc viii. II. m. c lxxx viii. l. c xc vii.
Et quisquis scandalizauerit unum ex his pusillis credentibus in me.
bonum est ei magis. si circumdaretur mola asinaria collo eius. & in
mare mitteretur.

c. VI. m. c lxxx.
Et si scandalizauerit te manus tua. abscide illam. Bonum est tibi
debilem introire in uitam. quam duas manus habentem ire in ge
hennam in ignem inextinguibilē. Tuus te scandalizat. amputa illū

c. i. X.
Vbi uermis eorum non moritur. & ignis non extinguitur. Et si pes
Bonū ē tibi claudū introire in uitā ætnā. quā duos pedes habentē mitti in ge
hennā ignis inextinguibilis. Vbi uermis eorū nō moritur. & ignis nō extinguitur.
Qd si oculus tuus scandalizat te. eice eū. bonū ē tibi luscū introire in regnū dī.
quā duos oculos habentē mitti in gehennā ignis. Vbi uermis eorū nō moritur. & ignis
nō extinguitur. Omnis enī igne salietur. & omis uictima sališ. Bonū ē sal.

c. ii. II. m. xxc i. l. c lxxx u.
qd si sal insulsū fuerit. in quo illud condietis. Habete in uobis salē. & pacē habete inter uos.

10 c iii. VI. M·c· Lxxx VIII. Et inde exsurgens uenit in fines iudeę ultra iordanen · & conue
niunt iterum turbae ad eum · & sicut consueuerat · iterum do
cebat illos' Et accedentes pharisęi interrogabant eum · Si licę
uiro uxorem dimittere · temptantes eum: At ille respondens
dixit eis' Quid uobis praecepit moyses· Qui dixerunt · Moyses
permisit libellum repudii scribere · & dimittere · Quibus respon
dens ihs ait · Ad duritiam cordis uestri scripsit uobis praeceptum
istud · Ab initio autem creaturae · masculum & feminam fecit eos ds'·
Propter hoc relinquet homo patrem suum & matrem · & adhere
bit uxori suae · & erunt duo in carne una: Itaque iam non sunt
duo · sed una caro · Quod ergo ds iunxit · homo non separet'

c iiii · X · Et in domo iterum discipuli eius de eodem interrogauerunt eum.

c · v · II · M· c·xc · L· c xcii · Et dicit illis' Quicumque dimiserit uxorem suam & aliam
duxerit · adulterium committit super eam' Et si uxor di
miserit uirum suum & alii nupserit · mechatur'

c vi · II · M· c xci · L· cc xvi · Et offerebant illi paruulos: ut tangeret illos' Discipuli autem
comminabantur offerentibus' Quos cum uidere & ihs· indigne
tulit · & ait illis' Sinite paruulos uenire ad me · & nephibu
eritis eos' Talium est enim regnum dī' Amen dico uobis'
quisquis non receperit regnum dī uelut paruulus· non intrabit
in illud' Et conplexans eos· & inponens manus sup illos· benedicebat eos'

c vii · II · M· c xc iii · L· cc xviii · & c xx i · Et cum egressus esset in uia· procurrens quidam genu flexo ante
eum · rogabat eum' Magister bone · quid faciam ut uitam
aeternam percipiam' Ihs autem dixit ei · Quid me dicis bonū·
Nemo bonus· nisi unus ds' Praecepta nosti· Ne adulteres· ne
occidas· ne furtum· ne falsum testimonium dixeris· ne fraudem feceris·

Honora patrem tuum & matrem. Ait ille respondens ait illi
Magister omnia hec obseruaui a iuuentute mea
c viii. 11. M. c xc iiii. L. c xciii. & c. l ii. Ihs autem intuitus eum dilexit eum & ait illi. Unum tibi deest.
Uade quecumque habes uende & da pauperibus & habebis thesau
rum in caelo & ueni sequere me
c viiii. 11. M. c xc v. L. c xc. Qui contristatus in uerbo abiit merens. Erat enim habens posses
siones multas. Et circumspiciens ihs ait discipulis suis. Quam
difficile qui pecunias habent in regnum dei introibunt. Dis
cipuli autem obstupescebant in uerbis eius. At ihs rursum respon
dens ait illis. Filioli. quam difficile est confidentes in pecuniis
in regnum dei introire. Facilius est camelum per foramen acus
transire. quam diuitem introire in regnum dei. Qui magis admi
rabantur dicentes ad semetipsos. & quis potest saluus fieri. Et intuens
illos ihs ait. Apud homines impossibile est. sed non apud dm. Om
nia enim possibilia sunt apud dm. Et coepit petrus ei dicere.
Ecce nos dimisimus omnia. & secuti sumus te.
c x. 11. M. c xc viii. L. cc xxi. Respondens ihs ait. Amen dico uobis. Nemo est qui reliquerit domum
aut fratres aut sorores. aut patrem. aut matrem. aut filios aut filias.
aut agros propter me. & propter euangelium. qui non accipiat
centies tantum nunc in tempore hoc. domos. & fratres. & sorores.
& matres. & filios & agros. cum persequutionibus. & in seculo futuro.
uitam aeternam.
c xi. 11. M. c. xc viii. L. c lxxx iii. Multi autem erunt primi nouissimi. & nouissimi primi.
Erant autem in uia ascendentes hierosolymam. & precedebat illos ihs.
& stupebant & sequentes timebant. Et assumens iterum duodecim
coepit illis dicere que essent euentura. Quia ecce ascendimus
c xii. 11. M. cc. 1. L. cc xxii.

hierosolymam & filius hominis tradetur principibus sacerdotum
& scribis & senioribus & dampnabunt eum morte & tradent eum
gentibus & illudent ei & conspuent eum & flagellabunt eum
& interficient eum & tertia die resurget

c xiii
VI
M cc ii
Et accedunt ad eum iacobus & iohannes filii zebedei dicentes
Magister volumus ut quodcumq; petierimus facias nobis Ait illis
dixit eis Quid uultis ut faciam uobis & dixerunt Da nobis ut
unus ad dexteram tuam & alius ad sinistram tuam sedeamus in glo
ria tua Ihs autem ait eis Nescitis quid petatis Potestis bibere
calicem quem ego bibo aut baptismum quo ego baptizor baptizari
At illi dixerunt ei Possumus Ihs autem ait eis Calicem quidem
quem ego bibo bibetis & baptismum quo ego baptizor baptizabi
mini sedere autem ad dexteram meam uel ad sinistram non est meum
dare uobis sed quibus paratum est

c xiiii
II
M cc iii
l cc lxx
Et audientes decem coeperunt indignari de iacobo & iohanne
Ihs autem uocans eos ait illis Scitis quia hii qui uidentur princi
pari gentibus dominantur eis & principes eorum potestatem ha
bent ipsorum Non ita est autem in uobis Sed quicumq; uolu
erit fieri maior erit uester minister Et qui cumque uoluerit
in uobis primus esse erit omnium seruus

c xv
IIII
M cc iiii
l xc i & c
xxx v
Nam & filius hominis non uenit ut ministretur ei sed ut ministra
re & dare animam suam redemptionem pro multis

c xvi
II
M cc v
l cc xxiiii
Et ueniunt hiericho & proficiscente eo de iericho & discipulis eius
& plurima multitudine filius timei bartimeus cecus sedebat
iuxta uiam mendicans Quicum audisset quia ihs nazarenus est
coepit clamare & dicere Fili dauid ihu miserere mei Et com

minabantur ei multi ut taceret. At ille multo magis cla
mabat. Fili dauid miserere mei. Et stans ihs. præcepit
illum uocari. Et uocant cæcum dicentes ei. Animæquior
esto. surge uocat te. Qui proiecto uestimento suo. exiliens
uenit ad eum. Et respondens ihs. dixit illi. Quid tibi uis faciã. Cæcus
autem dixit ei. Rabboni. ut uideam. Ihs autem. ait illi.
Uade. fides tua te saluum fecit. Et confestim uidit. & sequebat eum in uia.

c. xvii. 11. Mcc. vi. Lxx. xxii.

Et cum adppinquarent hierosolimæ & bethaniæ ad montem oliua
rum. mittit duos ex discipulis suis. & ait illis. Ite in castellum quod
est contra uos. & statim introeuntes illuc. inuenietis pullum ligatum.
super quem nemo adhuc hominum sedit. soluite illum & adduci
te. Et si quis uobis dixerit. quid facitis. dicite quia dno ne
cessarius est. & continuo dimittet illum huc.

c. xviii. 11. Mcc. viii. Lxx. xxii.

Et abeuntes inuenerunt pullum ligatum ante ianuam foris in biuio.
& soluunt eum. Et quidam de illic stantib;. dicebant illis. Quid
facitis soluentes pullum. Qui dixerunt ei sicut præceperat illis
ihc. & dimiserunt eos. Et duxerunt pullum ad ihm. & inponunt
illi uestimenta sua. & sedit super eum. Multi aũ uestimenta sua
strauerunt in uia. Alii autem frondes cædebant de arboribus.
& sternebant in uia.

c. xviii. 1 Mcc. viii. Lxx. iiii. l. c.

Et qui præibant & qui sequebantur. clamabant dicentes. Osanna.
benedictus qui uenit in nomine dni. Benedictum quod uenit
regnum patris nostri dauid. Osanna in excelsis.

c. xx. vi. Mcc. xviii.

Et introiuit hierosolyma in templum. & circũspectis omnibus cum
iam uespera esset hora. exiit in bethaniam cum duodecim. Et alia
die cum exirent a bethania. esurijt. Cumq; uidisset a longe ficum

habentem folia· uenit si quid forte inueniret in ea· Et cum
uenisset ad eam· nihil inuenit praeter folia· Non enim erat
tempus ficorum· Et respondens dixit ei· Iam non amplius
in aeternum quisquam fructū exte manducet· Et audiebant
discipuli eius·

c xxi·
l·
M· cc· xl
l· cc xxx viii·
l· xx i·
Et uenium hierosolymam· & cum introisset in templum· coepit
eicere uendentes & ementes in templo· & mensas nummolariorū
& cathedras uendentium columbas euertit· Et non sinebat ut
quisquam transferret uas per templum· Et docebat dicens eis·
Nonne scriptum est quia domus mea domus orationis uocabitur
omnibus gentibus· Vos autē fecistis eam speluncam latronum·

c xx ii·
I·
M· cc xx·
l· cc xxx viii·
l· lxxx v·
Quo audito principes sacerdotum & scribe· quærebant quomodo
eum perderent· Timebant enim eum· quō uniuersa turba
admirabatur super doctrina eius·

c xx iii·
X·
Et cum uespera facta esset· egrediebatur de ciuitate· Et cū mane
transirent· uiderunt ficum aridam factam a radicibus· Et recor-
datus petrus· dicit ei· Rabbi· ecce ficus cui maledixisti aruit·

c xx iiii·
VII·
M· cc xv·
Et respondens ihs· ait illis· Habete fidem dei· Amen dico uobis·
quia quicumq; dixerit huic monti tollere & mittere in mare·
& non hesitauerit in corde suo· sed crediderit quia quod cūq;
dixerit fiat· fiet ei·

c xx v·
IIII·
M· cc xlii·
l· c l· & xxx vii·
Propterea dico uobis· Omnia quæcumque orantes petitis· crede
te quia accipietis· & euenient uobis·

c xx vi·
VI·
M· xl iiii·
Et cum stabitis ad orandum· dimittite si quid habetis aduersus
aliquem· ut & pater uester qui in cœlis est dimittat uobis pec
cata uestra· Quod si uos non dimiseritis· nec pater uester qui

incaelis est dimittet uobis peccata uestra'

c xxvii·
11·
M· cc xliii·
L· cc xl·

Et ueniunt rursum hierosolymam· & cum ambularet in templo
accedunt ad eum summi sacerdotes & scribe & seniores· & dicunt
ei' In qua potestate haec facis· & quis tibi dedit hanc
potestatem ut ista facias· Ihs autem respondens· ait illis' Inter
rogabo uos & ego unum uerbum· & respondete mihi· & dicam
uobis in qua potestate haec faciam' Baptismum iohannis de cęlo
erat an ex hominibus· respondete mihi· At illi cogitabant
secum dicentes' Si dixerimus de cęlo· dic· quare ergo non
credidistis ei· si dicemus ex hominibus timebant populum·
Omnes enim habebant iohannem quia uere prophęta esset· Et res
pondentes dicunt ihū· Nescimus' Et respondens ihs ait illis' 12
Neque ego dico uobis in qua potestate haec faciam'

c xxviii·
11
M· cc· xviii·
L· cc xl i·

Et coepit illis in parabolis loqui· Uineam plantauit homo &
circum dedit sępem· & fodit lacum & ędificauit turrem &
locauit eam agricolis· & peregre profectus est· Et misit ad
agricolas in tempore seruum· ut ab agricolis acciperet de fructu
uineę' Qui adprehensum eum cędiderunt· & dimiserunt ua
cuum· Et iterum misit ad illos alium seruum· & illum in ca
pite uulnerauerunt· & contumelias affecerunt' Et rursū
alium misit & illum occiderunt· Et plures alios quosdam cęden
tes· alios uero occidentes' Adhuc ergo unum habens filiū
carissimum· & illum misit ad eos nouissimū dicens· Quia reue
rebuntur filium meum' Coloni autem dixerunt ad inuicem·
Hic est heres· Uenite occidamus eum· & nostra erit hereditas'

Et apprehendentes eum occiderunt · & eiecerunt extra uineam.
Quid ergo faciet dominus uineæ · ꝛ Veniet & perdet colonos · &
dabit uineam aliis · Nec scripturam hanc legistis · ꝛ Lapidem
quem reprobauerunt ædificantes · hic factus est in caput anguli · ꝛ
A dño factum est istud · & est mirabile in oculis nostris ·

c xxviiii ·
ꝛ 1 ·
M· cc xc ·
l· cc xl ii ·
l· lxxx viii ·

Et quærebant eum tenere · & timuerunt turbam · Cognouerunt
enim quoniam ad eos parabolam hanc dixerit · Et relicto eo abierunt ·

c xxx ·
ꝛ 11 ·
M· cc xc iii ·
l· cc xl iii ·

Et mittunt ad eum quosdam ex phariseis & herodianis · ut eum
caperent in uerbo · Qui uenientes dicunt ei · Magister ·
scimus quia uerax es · & non curas quemquam · nec enim uides in fa
ciem hominum · sed in ueritate uiam dei doces · Licet dare tri
butum cæsari · an non dabimus · ꝛ Qui sciens uestram eorum ·
ait illis · Quid me temptatis · ꝛ Afferte mihi denarium ut uidea ·
At illi · attulerunt ei · Et ait illis · Cuius est imago hæc & in
scriptio · ꝛ Dicunt illi · cæsaris · Respondens autem ihs · dixit
illis · Reddite igitur quæ sunt cæsaris cæsari · & quæ sunt dei deo ·
Et mirabantur super eo · Et uenerunt ad eum sadducæi qui dicunt
resurrectionem non esse · & interrogabant eum dicentes ·
Magister · moyses nobis scripsit · ut si cuius frater mortuus fuerit
& dimiserit uxorem · & filios non reliquerit · accipiat frater eius
uxorem ipsius · & resuscitet semen fratri suo · Septem ergo fratres
erant · Et primus accepit uxorem & mortuus est · non relicto
semine · Et secundus accepit eam · & mortuus est · Et nec iste reliquit
semen · Et tertius similiter · & acceperunt eam similiter septem ·
& non reliquerunt semen · Nouissima omnium defuncta est & mulier ·

In ſurrectione ergo cum ſurrexerint · cuius debiſerit uxor · ſ
Septem enim habuerunt eam uxorem · Et reſpondens ihſ ait illiſ ·
Nonne ideo erratis · nonscientes ſcripturas · neque uirtutem dī ·
Cum enim a mortuis reſurrexerint · neque nubent · neq; nuben
tur · ſed ſunt ſicut angeli in cęliſ · De mortuis autem quod re
ſurgant non legiſtis in libro moyſi ſuper rubum · quomodo dix
erit illi dſ · inquiens · Ego ſum dſ abraham · & dſ iſacc · & dſ iacob ·
Non eſt dſ mortuorum ſed uiuorum · Vos autem multum erratis ·

c xxxi ·
VI ·
M cc xxiii.
Et accessit unus de ſcribis qui audierat illos conquirentes · & uidens
quō bene illis reſpondiſſet · Interrogauit eum quod eſſet pri
mum omnium mandatum · Ihſ autem reſpondit ei · Quia primū
omnium mandatum eſt · Audi iſrahel · Dns dſ noſter · dſ unus eſt ·
& diliges dnm dm tuum ex toto corde tuo · & ex tota anima tua ·
& ex tota mente tua · & ex tota uirtute tua · hoc eſt primū man
datum · Secundum autem ſimile eſt illi · Diliges proximum
tuum · tamquam te ipſum · Maius horum aliud mandatū non eſt ·

c xxxii ·
X ·
Et ait illi ſcriba · Bene magiſter in ueritate dixiſti · quia unus eſt ·
& non eſt alius praeter eum · & ut diligatur ex toto corde · & ex
toto intellectu · & ex tota anima · & ex tota fortitudine · & diligere
proximum tamquā ſe ipſum · Maius eſt omnibus holocauſtoma
tibus & ſacrificiis · Ihſ autem uidens quod ſapienter reſpondiſſet ·
dixit illi · Non es longe a regno dī ·

c xxxiii ·
M cc xxxvi ·
L · cc · xl iiii ·
c xxxiiii ·
M cc xxxv ·
L · cc · xl v ·
Et nemo iam audebat eum interrogare ·
Et reſpondens ihſ dicebat docens in templo · Quomodo dicunt
ſcribe xpm filium eſſe dauid · Ipſe enim dauid dicit in ſpū ſco ·

Dixit dñs dño meo sede adextris meis· Donec ponam inimi
cos tuos scabellum pedum tuorum· Ipse ergo dauid dicit
eum dnm· Et unde est filius eius· Et multa turba libenter eū audiuit·

c xxc v·
M cc xcviiii·
l cc xl vi·
dc c· xxc vii·
11· Et dicebat eis in doctrina sua· Cauete a scribis· qui uolunt in
stolis ambulare· & salutari in foro· & in primis cathedris sedere
in synagogis· & primos discubitus in cenis·

c xxc vi·
vii· Qui deuorant domos uiduarum sub obtentu prolixe oration is·
l cc xl vi· hii accipient plixius iudicium· Et sedens ihs contra gazophi
lacium· aspiciebat quomodo turba iactaret aes in gazophilaciū·
Et multi diuites iactabant multa· Cum uenisset aut ē una uidua
pauper· misit duo minuta quod est quadrans· Et conuocans
discipulos suos ait illis· Amen dico uobis· quō uidua hæc pauper
plus omnibus misit qui miserunt in gazophilacium· Omnes
enim ex eo quod abundant illis miserunt· Hæc uero depe
nuria sua· omnia quæ habuit misit totum uictum suum·

c xxc vii·
13 11· Et cum egrederet ur de templo· ait illi unus ex discipulis suis·
M cc xl ii·
l cc xxx vii·
dc cc xl viii· Magister· aspice quales lapides· & quales structure· Et res
pondens ihc· ait illi· Uides has omnes magnas ędificationes·
non relinquetur lapis super lapidem qui non destruatur·

c xxc viii·
11· Et cum sederet in monte oliuarum contra templum· Interro
M· cc xl iii·
l· cc xl viii· gabant eum separatim petrus· & iacobus & iohannes & an
dreas· Dic nobis quando ista fient· & quod signum erit
quando hæc omnia incipient consummari· Et respondens
ihc· coepit dicere illis· Uidete· ne quis uos seducat·
Multi enim uenient in nomine meo dicentes· quia ego sum·

& multos seducent · Cum audieritis autem bella & opiniones
bellorum · nec timueritis · Oportet enim fieri · sed nondum finis ·
Exsurget autem gens super gentem · & regnum super regnū ·
& erunt terræ motus per loca & fames · initium dolorum hæc ·
c xxx viii.
IDEte autem uos met ipsos · Tradent enim uos in conciliis · &
ē xx · cc xl iiii.
l · cc · l · l c.
xl · i & c xl vi ·
in synagogis suis apulabitis · Et ante reges & præsides stabitis
propter me · in testimonium illis ·
c xl.
VI ·
M · cc xl vi.
Et in omnes gentes primum oportet & prædicari euangelium ·
Et cum duxerint uos tradentes · nolite præcogitare quid loqua
c xl i.
II
M · bcxx viii.
l · c xl viii ·
& c · l i ·
mini · Sed quod datum uobis fuerit in illa hora · id loquimini ·
Non enim uos estis loquentes · sed spūs sc̄i · Tradet autem frater
fratrem in mortem · & pater filium · Et consurgent filii in pa
rentes · & morte afficient eos · Et eritis odio omnibus · propter
nomen meum · Qui autem sustinuerit in finem · hic saluus erit ·
c xl ii.
VI ·
M · cc xc vii.
Cum autem uideritis abominationem desolationis stantem ubi
non debet · qui legit intellegat ·
c xl iii.
II ·
M · xl vnt ·
l · cc viii ·
& cc l iii ·
Tunc qui in iudæa sunt fugiant in montes · Et qui super tectū
ne descendat in domum · nec introeat ut tollat quid de domo
sua · Et qui in agro erit · non reuertatur retro tollere uestimen
c xl iiii.
II · i
M · cc xl viii ·
l · cc l iii ·
tum suum Væ autē prægnantibus & nutrientibus in illis diebus ·
Orate uero · ut hieme non fiat ·
c xl v ·
VI ·
M · cc · l ·
c xl vi
II ·
M · cc xl i ·
l · cc l · v ·
Erunt enim dies illi tribulationes tales quales non fuerunt ab
initio creaturæ quam condidit dē usque nunc · neque fient ·
c xl vii ·
VI ·
M · cc l ii ·
Et nisi breuiasset dns dies · non fuisset salua omnis caro · Sed prop
ter electos quos elegit · breuiauit dies ·

cxl viii.
II.
M· cc· l· iii.
l· cc· iii.

Et tunc siquis uobis dixerit· ecce hic est xps· ecce illic· ne
credideritis·

ce xl viii.
VI.
M· cc l· iii.

Exsurgent enim pseudo xpi· & pseudo prophetae· & dabunt
signa & portenta ad seducendos si potest fieri· & iam electos·

Vos ergo uidete· ecce praedixi uobis omnia·

c l.
I.
M· cc l viii.
l· cc l vii.

Sed in illis diebus post tribulationem illam sol contenebrabitur·
& luna non dabit splendorem suum· & stellę cęli erunt deci
dentes· & uirtutes quae sunt in cęlis mouebuntur·

c l i.
II.
M· cc l viii.
l· cc l viii.

Et tunc uidebunt filium hominis uenientem in nubibus· cum
uirtute multa & gloria· Et tunc mittet angelos suos· & con
gregabit electos suos a quattuor uentis· a summo terrae· usq;
ad summu caeli· A ficu autem discite· parabolam· Cum iam
ramus eius tener fuerit· & nata fuerint folia· cognoscitis quia
in proximo sit aestas· Sic & uos cum uideritis haec fieri· scitote
quod in proximo sit in ostuis· Amen dico uobis· quo non
transibit generatio haec· donec omnia ista fiant· Cęlum
& terra transibunt· uerba autem mea non transibunt·

c l ii.
VI.
M· cc· lx·

De die autem illa uel hora nemo scit· neque angeli in cęlo· neq;
filius· nisi pater·

c l iii.
VI.
M· cc l x iii.

Videte· uigilate & orate· Nescitis enim quando tempus sit·
Sicut homo qui peregre profectus reliquit domum suam·
& dedit seruis suis potestatem cuiusque operis· & ianitori
praecipiat ut uigilet·

c l iii. I.
M· cc lx viii.
l· ccxxxvi.

c l v.
II.
M· cc lx iii.
l· c l ui.

Vigilate ergo· nescitis enim quando dominus domus ueniat·
Sero· an media nocte· an galli cantu· an mane· Ne cum uenerit

repente Inueniat uos dormientes. Quod autem uobis dico.
omnibus dico uigilate.

cl vi.
l. Erat autem pascha. & azima post biduum:
M. cc lxxiii.
l. cc lx. l. xx
& xl vii.

14
cl vii.
VI.
M. cc lxx v.

Et quærebant summi sacerdotes & scribæ. quomodo eum dolo
tenerent. & occiderent. Dicebant enim. Non in die festo.
ne forte tumultus fieret populi.

cl viii.
l. Et cum esset Bethaniæ in domo simonis leprosi. & recumberet.
M. cc lxx vi.
l. lxx iiii.
l. xc viii.
uenit mulier habens alabastrum unguenti nardi spicati pretiosi.
& fracto alabastro effudit super caput eius. Erant autem
quidam indigne ferentes intra semetipsos & dicentes. Ut quid
perditio ista unguenti facta est. Poterat enim unguentum
istud uenundari plus quam trecentis denariis & dari pauperib; &
fremebant in eam. Ihs autem dixit. Sinite eam. quid illi mo
lesti estis. Bonum opus operata est in me. Semper enim pauperes
habetis uobiscum. & cum uolueritis potestis illis bene facere.
me autem non semper habetis.

cl ix.
IIII. Quod habuit hæc fecit. præuenit unguere corpus meum in sepul
M. cc lxx.
vii. l. xc.
viii.
tura. Amen dico uobis. Ubicumq; prædicatum fuerit euange
lium istud in uniuerso mundo. & quod fecit hæc narrabitur
in memoriam eius.

cl x.
II. Et iudas scarioth unus de duodecim abiit ad summos sacerdotes.
M. cc. lxx.
viii. l.
cc lx iii.
ut proderet eum illis. Qui audientes gauisi sunt. & promiserunt
ei pecuniam se daturos. Et quærebat quomodo illum oportune
traderet. Et primo die azimorum quando pascha immolabant
dicunt ei discipuli. Quo uis eamus & paremus tibi ut manduces

pascha. Et mittit duos ex discipulis suis. & dicit eis. Ite in ci
uitatem. & occurret uobis homo lagenam aquæ bajulans.
sequimini eum. & quocumque introierit. dicite domino
domus quia magister dicit. Vbi est refectio mea. ubi pascha
cum discipulis meis manducem. Et ipse uobis demonstrabit
caenaculum grande stratum. & illic parate nobis. Et abierunt
discipuli eius. & uenerunt in ciuitatem. & inuenerunt sicut
dixerat illis. & parauerunt pascha.

c lxi.
IIII. M. cc lxx viii. l. c xxi. & lxx ii.
Vespere autem facto. uenit cum duodecim. & discumbentibus eis
& manducantibus. ait ihs. Amen dico uobis. quia unus ex
uobis tradet me qui manducat mecum.

c lxii.
I. M. cc lxxx. l. cc lx viii. l. c xx ii.
At illi coeperunt contristari & dicere ei. singillatim. Nunquid ego. c lx iii.
Qui ait illis. Vnus ex duodecim qui intingit mecum in catino. II. M. cc lxxi. l. cc lx viii
Et filius quidem hominis. uadit sicut scriptum est de eo. Vae
autem homini illi. per quem filius hominis tradetur.

c lx iiii.
VI. M. cc lxxx ii.
Bonum erat ei. si non esset natus homo ille.
Et manducantib, illis. accepit ihs panem. & benedicens fregit & dedit
eis. & ait. Sumite. hoc est corpus meum.

c lx v. I. M. cc lxxx iii. l. cc lx vi. l. lx v. & lv.
c lx vi.
II. M. cc lxxx v. l. cc lx v. & cc lx vii.
Et accepto calice gratias agens. dedit eis. & biberunt ex illo omnes.
quis oculos cæci nati. Nisi ē & hic ado. non poterat face
re quicquam. Responderunt & dixerunt ei. In peccatis
natus es totus. & tu doces nos. ℣ Et eiecerunt eum foras.
℣ Audiuit ih̄c quia eiecerunt eum foras. & cum inuenisset
eum. dixit ei. Tu credis In filium dī. ℣ Respondit ille &
dixit. Quis ē dn̄e ut credam In eum. ℣ & dixit ei ih̄c. Et
uidisti eum. & qui loquitur tecum. ipse est. ℣ At ille ait.
Credo dn̄e. Et procidens adorauit eum.

Et dixit ei ih̄c. In iudicium ego In hunc mundum ueni. ut
qui non uident uideant. & qui uident cæci fiant. Et audi
erunt ex phariseis qui cum ipso erant. & dixerunt ei.
Numquid & nos cæci sumus. ℣ Dixit eis ih̄c. Si cæci essetis.
non haberetis peccatum. Nunc uero dicitis quia uidemus.
peccatum ur̄m manet.

Amen amen dico uobis. qui non intrat p ostium In ouile ouiū.
sed ascendit aliunde. ille fur ē & latro. Qui aū intrat per
ostium. pastor ē ouium. Huic ostiarius aperit. & oues
uocem eius audiunt. Et p̄pria s oues uocat nominatim.

&educit eas· Et cum ꝓprias oues emiserit. ante eas uadit.
& oues illum sequuntur. quia sciunt uocem eius· Alienū
aũ non sequuntur. sed fugiunt abeo. quia non nouerunt
uocem alienorum· Hoc ꝓuerbium dixit eis iħc· Illi aũt
non cognouerunt. quid loqueretur eis· Dixit ergo eis
iterum iħc· Amen amen dico uobis· quia ego sum ostium
ouium· Omnes quotquot uenerunt. furesſ & latrones
sed non audierunt eos oues· Ego sum ostium. ꝑme siquis
introierit saluabitur. & ingredietur & egredietur. &
pascua inueni& · Fur non uenit. nisi ut furetur. &
mact& . & ꝑdat· Ego ueni ut uitam habeant. & abundan
tius habeant· Ego sum pastor bonus· Bonus pastor. ani
mam suam dat ꝓ ouib, suis· Mercennarius & qui non ẽ pas
tor. cuius non sunt oues ꝓprię. uid& lupum uenientem.
& dimittit oues. & fugit· Et lupus rapit. & dispgit oues·
Mercennarius aũt fugit. quia mercennarius ẽ. & non ptin&
ad eum de ouibus· Ego sum pastor bonus. & cognosco eas.
& cognoscunt me meae·

xc.
III. M. en. L. cxviii.

SICUT NOUIT ME PATER ET EGO
agnosco patrem·

xci.
IIII. M. cem. M. cxv.

Et animam meam pono pro ouibus meis·
Et alias oues habeo quae non ſ ex hoc ouili. & illas opor
tet me adducere. & uocem meam audient· Et fi& unum

xcii.
X.

ouile. & unus pastor. Propterea me pater diligit. quia ego
pono animam meam. ut iterum sumam eam. Nemo tollit
eam a me. sed ego pono eam a me ipso. Potestatem habeo po
nendi eam. & potestatem habeo iterum sumendi eam.
Hoc mandatum accepi a patre meo. Dissensio iterum facta
ē inter iudeos. propter sermones hos. Dicebant aũ multi
ex ipsis. Daemonium hab& & insanit. quid eum auditis.
Alii dicebant. Haec uerba non sunt daemonium habentis.
Numquid daemonium. potest caecorum oculos aperire.
Facta sunt aũ encenia in hierosolimis. & hiems erat. Et am
bulabat ihc in templo. in porticu salomonis. Circumde
derunt ergo eum iudei. & dicebant ei. Quo usq; animam
nr̃am tollis. Si tu es xr̃s. dic nobis palam. Respondit
ihc. Loquor uobis. & non creditis. Opera quae ego facio
in nomine patris mei. haec testimonium phibent de me.
Sed uos non creditis. quia non estis ex ouib; meis. Oues mee
uocem meam audiunt. & ego cognosco eas. & sequuntur
me. Et ego uitam aeternam do eis. & non peribunt in ętern̄.
& non rapi& eas quisquam. de manu mea. Pater m̄s quod
dedit mihi. maius omnib; ē. Et nemo potest rapere de ma
nu patris mei. Ego & pater unum sumus. Sustulerunt
lapides iudei. ut lapidarent eum. Respondit eis ihc.
Multa opera bona ostendi uobis. ex patre meo. Propter

quod eorum opus me lapidatis. Responderunt ei iudei.
De bono opere non lapidamus te. sed de blasphemia. Et quia
tu homo cum sis. facis te ipsum dm̄. Respondit eis ihc̄.
Nonne scriptum ē In lege ur̄a. quia ego dixi. dii estis. Si
illos dixit deos ad quos sermo dī factus ē̄. & non potest sol
ui scriptura. quem pater sc̄ificauit & misit In mundum.
uos dicitis quia blasphemas. quia dixi filius dī sum. Si
non facio opera patris mei. nolite credere mihi. Si aut̄ facio.
& si mihi non uultis credere. operib, credite. Ut cognos
catis & credatis. quia In me ē̄ pater. & ego In patre.

lxliii.
IIII.
M. cxvii.
Mr. xxvi.

QUAERE BANT ERGO EUM AP
prehendere. & exiuit de manib, eorum. Et abiit iter̄
trans iordanen. In eum locum ubi erat iohannes bapti
zans primum. & mansit illic

lxl iii.
X.

Et multi uenerunt ad eum. & dicebant. Quia iohannes
quidem signum fecit nullum. omnia aut̄ quaecumq, dixit
iohannes de hoc. uera erant. Et multi credider̄ in eum.
Erat aut̄ quidam languens lazarus a bethania. de castello
mariae & marthae sororis eius. Maria autem erat que
unxit dn̄m unguento. & extersit pedes eius capillis suis.
cuius frater lazarus infirmabatur. Miserunt ergo so
rores eius ad eum. dicentes. Dn̄e. ecce quem amas. infir
matur. Audiens aut̄ ih̄c. dixit eis. Infirmitas haec n̄

ē admortem. sed ꝓ gloria dī. ut glorificetur filius dī ꝑ eam ·
Diligebat aũ ihc martham. & sororem eius mariã. & laz̃arũ ·
Ut ergo audiuit quia infirmatur: tunc quidem mansit in
eodem loco. duobus diebus · Deinde post haec · dicit discipu
lis suis · Eamus in iudeam iterum · Dicunt ei discipuli · Rabbi.
nunc quaerebant te iudei lapidare: & iterum uadis illuc ·
Respondit ihc · Nonne duodecim sunt horę diei · Si quis am
bulauerit in die non offendit · quia lucem huius mundi uidet ·
Si aũ ambulauerit nocte. offendit · quia lux non ē in eo · Hęc
ait · & post haec dicit eis · Lazarus amicus nr̄ dormit · sed
uado ut a somno exsuscitem eum · Dixerunt ergo discipuli
eius · Dn̄e · si dormit · saluus erit · Dixerat aũ ihc de morte
eius · illi aũ putauerunt · quia de dormitione somni dicer̄ ·
Tunc dixit eis ihc manifeste · Lazarus mortuus ē · Et gau
deo ꝓpt̄ uos · ut credatis · quo non eram ibi · Sed eamus ad eũ ·
Dixit ergo thomas qui dicitur didimus · ad condiscipulos ·
Eamus & nos ut moriamur cum eo · Uenit itaq; ihc · & in
uenit eum quatuor dies iam in monumento habentem ·
Erat aũ bethania iuxta hierusalim · quasi stadius xv ·
Multi aũ ex iudeis uenerant ad martham & mariam · ut con
solarentur eas de fratre suo · Martha ergo ut audiuit q1a
ihc uenit · occurrit illi · Maria aũt domi sedebat · Dixit
ergo martha ad iesum · Dn̄e · si fuisses hic · frater mr̄ non

fuiſſ& mortuuſ· Sed &nunc ſcio· quia quaecumq; poposc
ceriſ adō· dabit tibi dſ· Dicit illi ihc· Reſurg& frr tuus·
Dicit ei martha· Scio quia reſurg& Inreſurrectione· Innouiſ
ſima die· Dicit ei ihc· Ego ſum reſurrectio &uita· qui cre
dit Inme· etiamſi mortuuſ fuerit uiuet· Et omniſ qui uiuit
& credit Inme· non morietur Inaeternum· Crediſ hoc·
Dit illi· Utiq; dne· Ego credidi quia tu es xr̄c filiuſ dī uiui·
qui Inhunc mundum ueniſti· Et cum haec dixiſſ&· abiit
& uocauit mariam ſororem ſuam ſilentio· dicens· Magiſter
adeſt· & uocat te· Illa ut audiuit· ſurrexit cito· &
uenit adeum· Nondum enim uenérat ihc Incaſtellum· ſed
erat adhuc Inillo loco· ubi occurrerat ei martha· Judei
igitur qui erant cum ea Indomo & conſolabantur eam· cum
uidiſſent mariam quia cito ſurrexit & exiit· ſecuti ſunt eam
dicentes· Quia uadit admonumentum· ut ploret ibi· Maria
ergo cum ueniſſ& ubi erat ihc· uidens eum cecidit adpedes
eius· & dixit ei· Dne· ſi fuiſſes hic· non ē& mortuuſ frr mr·
Jhc ergo ut uidit eam plorantem· & iudeos qui uenerant cū
ea plorantes· fremuit spū· & turbauit seipsum· & dixit·
Ubi poſuiſtiſ eum· Dicunt ei· Dne· uem & uide· Et lacri
matuſ ē ihc· Dixerunt ergo iudei· Ecce quomodo
amabat eum· Quidam aū dixerunt exipſis· N
poterat hic qui aperuit oculos caeci· facere ut & hic n̄ more

retur. ℣ Jhc ergo rursum fremens sn̄sem ipso. uenit ad
monumentum. Erat aũ spelunca. & lapis sup̄ positus erat ei.
Ait ihc. Tollite lapidem. Dicit ei martha. soror eius qui mor
tuus fuerat. Dn̄e. iam fetet. quadriduanus enim est.
Dicit ei ihc. Nonne dixi tibi. quo si credideris. uidebis glo
riam di. ℣ Tulerunt ergo lapidem. Jhc aũ eleuatis sursũ
oculis. dixit. Pater. gratias ago tibi quo audisti me.
Ego aũ sciebam. quia semper me audis. Sed ppt̄ populũ
qui circumstat dixi. ut credant quia tu me misisti.
Haec cum dixisset. uoce magna clamauit. Lazare. veni
foras. Et statim ꝓdiit qui fuerat mortuus. ligatus pe
des & manus institas. & facies illius sudario erat ligata.
Dicit eis ihc. Soluite eum. & sinite abire. Multi ergo ex
iudeis qui uenerant ad mariam & uiderant quae fecit.
crediderunt in eum. Quidam aũ ex ipsis abierunt ad pha
risaeos. & dixerunt eis quae fecit ihc.
Collegerunt ergo pontifices & pharisaei concilium. & di
cebant. Quid facimus. quia hic homo multa signa facit. ℣
Si dimittimus eum sic. omnes credent in eum. Et uenient
romani. & tollent nr̄m & locum & gentem. Unus aũt
ex ipsis caiphas. cum eĕ & pontifex anni illius. dix̄
eis. Uos nescitis quicquam nec co gitatis. quia ex
pedit uobis ut unus moriatur homo ꝓ populo. & n̄ tota

gens pereat · Hoc aũ a semetipso non dixit · sed cum eẽt pon
tifex anni illius: pphetauit quia iĥc moriturus erat p
gente · Et non tantum p gente · sed & ut filios dĩ qui eran
t dispsi congregaret in unum ·

xcv.
111. M. cxvii. A billo ergo die cogitauerunt · ut interficerent eum · Jĥc
xcvi. M. cxvi. ergo iam non in palam ambulabat apud iudeos: sed abiit
in regionem iuxta desertum · in ciuitatem quae dicitur
ephrem · & ibi morabatur: cum discipulis suis ·

xcvi.
1. M. cc lxxiii. Mr. c lvi. L. cc lx. PROXIMUM AUTEM ERAT
pascha iudeorum ·

xcvii.
X. Et ascenderunt multi hierosolimam de regione ante pascha.
ut sẽificarent se ipsos · Quaerebant ergo ihũm · & colloque
bantur ad inuicem in templo stantes · Quid putatis: quia
non uenit ad diem festum · Dederunt aũ pontifices & pha
risei mandatum · ut si quis cognouerit ubi sit · indicet ut
apprehendant eum · Jĥc ergo ante sex dies paschae · uenit
bethaniam ubi fuerat lazarus mortuus: quẽ suscitauit iĥc ·

xcviii.
I. M. cc lxxvii. Mr. c lviii. L. lxxviii. Fecerunt aũ ei caenam ibi · & martha ministrabat · Laza
rus uero · unus erat · ex discumbentib, cum eo · Maria
ergo accepit libram unguenti nardi pistici · pretiosi · & un
xit pedes ihũ · & extersit capillis suis pedes eius · & dom'
impleta ẽ ex odore unguenti · Dicit ergo unus ex discí
pulis eius iudas scariothes: qui erat eum tradituru[s] ·

quare unguentum non uenit trecentas denarius. & datum
ē egenis. ⁊ Dixit aũ hoc. non quia de egenis pertinebat ad eũ.
sed quia fur erat. & loculos habens. ea quae mittebantur
portabat. Dixit ergo ihc. Sine illam. ut in diem sepultu
rae meae seruet illud. Pauperes enim semp habetis uobiscũ.
me aũ non semp habetis.

xcviii.
X. Cognouit ergo turba multa ex iudeis quia illic ē. & uenerũ
non ppt̃ ihm tantum. sed ut lazarum uiderent. quem
suscitauit a mortuis. Cogitauerunt aũ principes sa
cerdotum. ut & lazarum interficerent. quia multi ppt̃
illum abibant ex iudeis. & credebant in ihm.

c
I. In crastinum aũ turba multa quae uenerat ad diẽ festũ.
M. cc viii.
Mc cxviii.
L. cc.xxxiii. cum audissent quia uenit ihc hierosolimam. acceperunt
ramos palmarum. & processerunt obuiam ei. & clamabant.
Osanna. benedictus qui uenit in nomine dñi. rex israhel.

ci.
VII. Et inuenit ihc asellum. & sedit sup eum. sicut scriptum ē.
M. cc vii. Noli timere filia sion. ecce rex tuus uenit. sedens sup
pullum asinae.

cii.
X. HAEC NON COGNOUERUNT
discipuli eius primum. sed quando glorificatus ē ihc.
Tunc recordati sunt quia haec erant scripta de eo. & haec
fecerunt ei. Testimonium ergo phibebat turba. quae
erat cum eo quando lazarum uocauit de monumento.

&ſuſcitauit eum a mortuis· Propterea & obuiam uenit ei
turba· quia audierunt eum fecisse hoc ſignum· Pharisei
ergo dixerunt ad ſemetipſos· Uidetis quia nihil ꝓficimus·
Ecce mundus totus· poſt eum abiit· Erant aũ gentiles qui
dam ex his qui aſcenderant· ut adorarent in die feſto· Hi
ergo accesſerunt ad philippum· qui erat a bethſaida gali
leę· & rogabant eum dicentes· Dñe· uolumus ihm̃ uidere·
Uenit philippus· & dicit andreę· Andreas rurſum & phi
lippus· dixerunt ihũ·

c iii·
1111· M· ccxcviii· Mc· clxxx·
Ihc aũ reſpondit eis dicens· Uenit hora· ut clarificetur
filius hominis·

ciiii·
X·
Amen amen dico uobis· niſi granum frumenti cadens in ter
ram mortuum fuerit· ipſum ſolum manet· Si autem mortu
um fuerit· multum fructum affert·

v·
111· M· xcviii· Mc· ccxi·
Qui amat animam ſuam· perdet eam· Et qui odit animam
ſuam in hoc mundo· in uitam æternam cuſtodit eam·

c vi·
X·
Siquis mihi miniſtrat· me ſequatur· Et ubi ſum ego· illic
& miniſter meus erit· Siquis mihi miniſtrauerit· ho
norificabit eum pater meus·

c vii·
1111· M· ccxciii· Mc· clxxxiii·
Nunc anima mea turbata ẽ· & quid dicam· ꝟ Pater· ſal
uifica me ex hac hora·

c viii·
X·
Sed ꝓpterea ueni in horam hanc· pater· clarifica nomen
tuum· Uenit ergo uox de cęlo· & clarificaui· & iterũ

clarificabo· Turba ergo quae ſtabat & audierat· dicebant
tonitruum factum ēē· Alii dicebant· angelus ei locutus ē·
Reſpondit ihc & dixit· Non ppt̄ me uox haec uenit· ſed p
pter uos· Nunc iudicium ē mundi· nunc princeps huius
mundi· eiicietur foras· Et ego ſi exaltatus fuero a terra·
omnia traham ad meipſum· Hoc aut̄ dicebat· ſignificans
qua morte ēēt moriturus· Reſpondit ei turba· Nos
audiuimus ex lege· quia xp̄c manet in aeternum· & quomo
do tu dicis· oportet exaltari filium hominis· Quis ē iſte
filius hominis· Dixit ergo eis ihc· Adhuc modicum lum̄
in uobis ē· Ambulate dum lucem habetis· ut n̄ tenebrę uos
comprehendant· Et qui ambulat in tenebris· neſcit quo
uadat· Dum lucem habetis credite in lucem· ut filii lucis
ſitis· Haec locutus ē ihc & abiit· & abſcondit ſe ab eis·

Cum aut̄ tanta ſigna feciſſet coram eis· non credebant in eū·
ut ſermo eſaiae pphetae impleretur quem dixit· Dn̄e quis
credidit auditui nr̄o· & brachium dn̄i cui reuelatum ē·

cviiii·
I·
M· cxxxiii·
Mc xxxvii·
L lxxvii·

Propterea non poterant credere· quia iterum dixit eſaias·
Excaecauit oculos eorum· & indurauit cor eor̄u· ut
non uideant oculis & intellegant corde· & conuertant̄·
& ſanem eos·

cx·
X·

Haec dixit eſaias quando
uidit gloriam eius· & locutus ē de eo· Uerumtamen· &

exprincipibus multi crediderunt Ineum · Sed propter
phariseos non confitebantur. ut de synagoga non eicerentur ·
Dilexerunt enim gloriam hominum · magis quam gloriam di ·

cxi·
I·
M· xcviii·
Mr· xcvi·
L· cvi·
IHC AUTEM CLAMAUIT ET
dixit · Qui credit Inme. non credit Inme · sed in eum
qui misit me · Et qui uidet me · uidet eum qui misit me ·

cxii·
X· Ego lux Inmundum ueni · ut omnis qui credit Inme Inte
nebris non maneat · Et si quis audierit uerba mea & non
custodierit. ego non iudico eum · Non enim ueni ut iudi
cem mundum · sed ut saluificem mundum · Qui spernit
me & non accipit uerba mea · hab & qui iudicet eum ·
Sermo quem locutus sum · ille iudicabit eum In nouissi
mo die · Quia ego ex me ipso non sum locutus · sed qui
misit me pater · ipse mihi mandatum dedit · quid di
cam · & quid loquar · Et scio. quia mandatum eius
uita aeterna est · Quae ergo ego loquor · sicut dixit mi
hi pater · sic loquor ·

Ante diem autem festum paschae · sciens ihc quia uenit
eius hora · ut transeat ex hoc mundo ad patrem · cum
dilexisset & suos qui erant In mundo · In finem dilexit eos ·

cxiii · I
VIII Et cena facta cum diabolus iam misisset In cor ut
M· cc lxii· trader et eum iudas simonis scarioth et ·

cxiiii·
III Sciens quia omnia dedit ei pater In manus · & quia a deo
M· c xi exiuit · & ad dm uadit ·
cxviii·

cxv·
X Surgit a cena · & ponit uestimenta sua · Et cum acce

pisse & linteum. praecinxit se; Deinde mittit aquam in
peluim. & coepit lauare pedes discipulorum. & extergo
re linteo. quo erat praecinctus; Uenit ergo ad simonem
petrum. & dicit ei petrus; Dñe tu mihi lauas pedes?
Respondit iħc. & dicit ei; Quod ego facio tu nescis modo.
scies aũ postea; Dicit ei petrus; Non lauabis mihi pedes
in aeternum; Respondit ei iħc; Si non lauero te. non ha
bebis partem mecum; Dicit ei simon petrus; Dñe. nõ tantũ
pedes meos: sed & manus & caput; Dicit ei iħc; Qui lotus
ẽ non indiget nisi ut pedes lauet. sed ẽ mundus totus;
Et uos mundi estis. sed non omes; Sciebat enim quis trade
qui trader & eum. ꝓpt̃ea dixit. non estis mundi omnes;
Postquam ergo lauit pedes eorum & accepit uestimenta sua.
cum recubuisset iterum. dixit eis; Scitis q1d fecerim uobis.

cxvi.

III. M. Lviii. L. lxii.

Vos uocatis me magister

& dñe. & bene dicitis. sum & enim;

cxvii. X.

Si ergo ego laui uros pedes dns & magister. & uos debetis
alter alterius lauare pedes; Exemplum enim dedi uob.
ut quemadmodum ego feci uobis. ita & uos faciatis;

cxviii. III. M. xc. L. Lviii.

Amen amen dico uobis. non ẽ seruus maior dño suo. neq;
apostolus maior eo qui misit illum. Si hæc scitis. beati
eritis si feceritis ea.

cxviiii. X.

Non de omnib; uobis dico. ego scio quos elegerim; Sed ut im
pleatur scriptura. qui manducat meum panem. leua
bit contra me calcaneum suum. Amodo dico uobis. p1us

quam fiat. ut credatis cum factum fuerit. quia ego sum ;

cxx. I. M. xcviii. Mr. xcvi. L. clxvi. Amen amen dico uobis. qui accepit si quem misero. me acci
pit ; Qui aũ me accipit. accipit eum qui me misit ;

cxxi. IIII. Cum haec dixisset ihc. turbatus ē spũ. & protestatus ē & dix ;
Amen amen dico uobis. quia unus ex uobis trad& me ;

cxxii. I. M. ccLxxx. Mr. clxii. L. ccLxviii Aspiciebant ergo adinuicem discipuli. hesitantes de quo
dicerẽt.

cxxiii. X. Erat ergo recumbens unus ex discipulis eius In sinu ihũ.
quem diligebat ihc. Innuit ergo huic simon petrus. &
dicit ei. Quis ē de quo dicit. ꝟ Itaq; cum recubuisset ille
supra pectus ihũ. dicit ei. Dne quis ē. ꝟ Respondit ihc.
Ille ē. cui ego intinctum panem porrexero.

cxxiiii. VIII. L. ccLxxii. Et cum intinxisset panem. dedit iudæ simonis scariothis.
Et post buccellam. tunc introiuit In illum satanas ;

cxxv. X. Dicit ei ihc ; Quod facis. fac citius. Hoc aũ nemo scuit
discumbentium. ad quid dixerit ei ; Quidam enim pu
tabant quia loculos habebat iudas. quia dicit ei ihc.
eme ea quae opus sunt nobis ad diem festum. aut egt
nis ut aliquid daret ; Cum ergo accepisset ille buccel
lam. exiit continuo. Erat aũ nox ; Cum ergo exisset.
dicit ihc ; Nunc clarificatus ē filius hominis. & ds cla
rificatus ē In eo ; Si ds clarificatus ē In eo. & ds clarifica
bit eum In semetipso. Et continuo clarificabit eum ;
Filioli. adhuc modicum uobiscum sum. Quaeretis me.
& sicut dixi iudeis. quo ego uado. uos non potestis ue

nire · Et uobis dico . modo · Mandatum nouum do
uobis · ut diligatis Inuicem sicut dilexi uos . vt & uos
Inuicem diligatis · Jn hoc cognoscent om̄s quia mei disci
puli estis · si dilectionem habuertis ad inuicem · Dicit
ei simon petrus · Dn̄e . quo uadis ? ℣ Respondit ih̄c ·
Quo ego uado . non potes me modo sequi . sequeris aũ p' ea ·
Dicit ei petrus · Quare non possum te sequi modo · ℣ Ani
mam meam pro te ponam · Respondit ih̄c . Animã tuã
pro me ponis · ℣

cxxvi ·
M cc lxxxviii.
M· c lxx.
L· cc lxxv.

J · Amen amen dico tibi . non cantabit gallus . donec me
ter neges · Et ait discipulis suis ·

cxxvii ·

X · Non turbetur cor uũm . Creditis Indm̄ . & in me credite ·
Jn domo patris mei mansiones multæ sunt · Si quomi
nus . dixissem uobis . quia uado parare uobis locum ·
Et si abiero & præparauero uobis locum . iterum ueno
& accipiam uos ad me ipsum . ut ubi sum ego & uos
sitis · Et quo ego uado scitis . & uiam scitis · Dicit ei
thomas · Dn̄e . nescimus quo uadis . & quomodo possu
mus uiam scire · ℣ Dicit ei ih̄c · Ego sum uia . & ueritas
& uita · Nemo uenit ad patrẽ . nisi per me · Si cog
nouissetis me . & patrem meum utiq; cognouissetis ·
Et amodo cognoscetis eum . & uidistis eum · Dicit ei phi
lippus · Dn̄e . ostende nobis patrem . & sufficit nobis ·
Dicit ei ih̄c · Tanto tempore uobiscum sum . & n̄cogno
uistis me philippe · ℣ Qui uidit me . uidit & patrem ·

Quomodo tu dicis. ostende nobis patrem. ℣ Non credis
quia ego In patre. & pater In me ē. ℣ Uerba quæ ego
loquor uobis. a me ipso non loquor. Pater aũ In me
manens. ipse facit opera. Non creditis quia ego In patre.
& pater In me ē. ℣ Alioquin. ppt̃ opera ipsa credite.
Amen amen dico uobis. qui credit In me. opera quæ ego
facio & ipse faciet. & maiora horum faciet. quia ego
ad patrem uado.

CXXVIII.
IIII. Et quodcumq; petieritis In nomine meo. hoc faciam.
M. CC XVI.
Mr. CXXV.
Ut glorificetur pater In filio. si quid petieritis patrem
in nomine meo. hoc faciam.

Si diligitis me. mandata mea seruate; Et ego rogabo
patrem. & alium paraclitum dabit uobis. ut maneat
uobiscum In æternum. spm ueritatis. Quem mundus
non potest accipere. quia non uidet eum. nec scit eum;
Uos aũ cognoscetis eum. quia apud uos manebit. & In uo
bis erit; Non relinquam uos orphanos. ueniam ad uos;
Adhuc modicum. & mundus me Iam non uidet; Uos
autem uidetis me. quia ego uiuo. & uos uiuetis; In
illo die uos cognoscetis. quia ego In patre meo. & uos
In me. & ego In uobis; Qui hab& mandata mea & ser
uat ea. ille ē qui diligit me.

CXXVIII.
I. M. XCVIII. MR. XCVI. L. CX.
Qui autem diligit me. di
ligetur a patre meo. & ego diligam eum.
& manifestabo ei me ipsum.

c xxx.
X. Dicit ei iudas. non ille scariothes. Dn̄e. quid factum ē
quia nobis manifestaturus es teipsum. & non mundo?
Respondit ih̄c & dixit ei. Si quis diligit me. sermonē meū
seruabit. & pater meus diligit eum. Et ad eum ueniem⁊.
& mansionem apud eum faciemus⁊. Qui non diligit me.
sermones meos non seruat⁊

c xxxi.
l. M. xcviii. Mr. xcvi. L. cxvi.
I. ET SERMONEM QUEM AUDISTIS
non ē mei. sed eius qui misit me patris⁊ Haec locutus sū
uobis. apud uos manens⁊

c xxxii.
X. Paraclitus aū spūs scūs quem mittet pater in nomine meo.
ille uos docebit omnia. & suggeret uobis omnia. quę
cumq; dixero uobis⁊ Pacem relinquo uobis. pacem
meam do uobis⁊ Non quomodo mundus dat. ego do
uobis⁊ Non turbetur cor uūm. neq; formidet⁊ Audistis
quia ego dixi uobis. uado & uenio ad uos⁊ Si diligeretis
me. gauderetis utiq; quia uado ad patrem. quia pater
maior me ē⁊ Et nunc dixi uobis priusquam fiat. ut cum
factum fuerit credatis⁊ Jam non multa loquar uobiscum.
uenit enim princeps mundi huius. & in me non hab
quicquam⁊ Sed ut cognoscat mundus quia diligo patrem.
& sicut mandatum dedit mihi pater. sic facio. surgite. ea
mus hinc⁊

Ego sum uitis uera. & pater mei agricola ē. Omnem palmitē
in me non ferentem fructum. tollet eum. Et omnem
qui fert fructum. purgabit eum. ut fructum plus af

ferat · Jam uos mundi estis · ppt̄ sermonem quem locutus
sum uobis · Manete Inme · & ego Inuobis · Sicut palmes
non potest ferre fructum a sem & ipso nisi manserit In
ute · sic nec uos · Nisi Inme manseritis · Ego sum uitis · uos
palmites · Qui man & Inme & ego Ineo · hic fert fructum
multum · quia sine me nihil potestis facere · Siquis In
me non manserit · mittetur foras sicut palmes & arescet ·
& colligent eum · & in ignem mittent · & ardet ·

c xxxiii ·
IIII · M · cc xvi · Mr · c xxv · SI MANSERITIS IN ME ET VER
ba mea Inuobis manserint · quodcumq; uolueritis pe
tetis · & fiet uobis ·

c xxxiiii ·
X · In hoc clarificatus ē pater m̄s · ut fructum plurimum
afferatis · & efficiamini mei discipuli · Sicut dilexit
me pater · & ego dilexi uos · Manete In dilectione mea ·
Si praecepta mea seruaueritis · manebitis In dilectione mea ·
Sicut & ego patris mei praecepta seruaui · & maneo In eius di
lectione · Haec locutus sum uobis · ut gaudium meum In
uobis sit · & gaudium ur̄m Impleatur · Hoc ē p̄ceptum
meum · ut diligatis Inuicem · sicut dilexi uos ·

c xxxv ·
IIII · M · cc iii · Mr · c xv · Maiorem hac dilectionem nemo habet · ut animam suam
quis ponat p amicis suis ·

c xxxvi ·
X · Vos amici mei estis · si feceritis quae ego praecipio uobis ·
Jam non dico uos seruos · quia seruus nescit quid faciat dns
eius · Uos aut̄ dixi amicos · quia om̄a quaecumq; audiui
a patre meo · nota feci uobis · Non uos me elegistis · sed

ego elegi uos. & posui uos ut eatis & fructum afferatis.
& fructus ur maneat.

cxxxvii. IIII. M. ccxvi. M. cxxv.

VT quodcumq. petieritis
patrem In nomine meo. do & uobis.

cxxxviii. x. Haec mando uobis. ut diligatis Inuicem. Si mundus uos
odit. scitote quia me priorem uobis odio habuit. Si
de mundo fuissetis. mundus quod suum erat diliger&.
Quia uero de mundo non estis. sed ego elegi uos de mun
do. ppter ea odit uos mundus.

cxxxviii. III. M. xc. l. lviii. Memento te sermonis mei quem ego dixi uobis. n e seruus
maior domino suo.

cxl. x. Si me p secuta sunt. & uos p sequentur. Si sermonem
meum seruauerunt. & ur m seruabunt.

cxli. l. M. ccxliii. M. cxxxviii. l. ccl. Sed haec oma facient uobis ppter nomen meum.
Quia nescunt eum qui misit me.

cxliii. x. Si non uenissem & locutus fuissem eis. peccatum non ha
berent. Nunc aut. excusationem non habent de peccato suo.

cxliii. l. M. xcviii. M. xcvi. l. cxvi Qui me odit. & patrem meum odit.
Si opera non fecissem In eis quę nemo alius fecit. pecca
tum non haberent. Nunc aut. & uiderunt & oderun.
& me & patrem meum. Sed ut impleatur sermo qui
In lege eorum scriptus e. quia odio me habuer gratis.

cxliv. Cum aut uenerit paracletus. quem ego mittam uobis a
patre. spm ueritatis qui a patre pcedit. ille testimo
nium phibebit de me. Et uos testimonium phibebitis.

cxlii. III. M. cxii. l. cxviii.

cxlv. x.

quia ab initio mecum eras. Haec locutus sum uobis. ut
non scandalizemini. absq, synagogis facient uos.
cxlvi
l.
M. ccxliii.
Mr. cxxxviii.
lr. cc l. Sed uenit hora. ut omnis qui interficit uos. arbitretur
obsequium se praestare do. Et haec facient uobis. quia
non nouerunt patrem neq, me. Sed haec locutus sum
uobis. ut cum uenerit hora eorum. reminiscamini quia
ego dixi uobis.
cxlvii.
x. Haec aũ uobis ab initio non dixi. quia uobiscum eram.
Et nunc uado ad eum qui misit. & nemo ex uobis in
terrogat me. quo uadis. Sed quia haec locutus sum uo
bis. tristitia impleuit cor ur̃m. Sed ego ueritatẽ dico
uobis. expedit uobis ut ego uadam. Si enim ñ abiero.
paracletus non ueniet ad uos. Si aũ abiero. mittam eũ
ad uos. Et cum uenerit. ille arguet mundum de pec
cato. & de iustitia. & de iudicio. De peccato quidem.
quia non credunt in me. De iustitia uero quia ad pa
trem uado. & iam non uidebitis me. De iudicio autẽ.
quia princeps mundi huius iudicatus ẽ. Adhuc multa
habeo uobis dicere. sed non potestis portare modo. Cum
aũ uenerit ille spũs ueritatis. docebit uos omnem ue
ritatem. Non enim loquetur a semetipso. sed quęcũq,
audiet loquetur. & quae uentura sunt adnunciabit uob.
Ille me clarificabit. quia de meo accipiet. & adnunciabit uob.
cxlviii.
iii. Omnia quaecumq, habet pater. mea sunt.
M. cxi.
Mr. cxviii. Propter ea dixi. quia de meo accipiet. & adnunciabit uobis.
cxlviii.
x.

Modicum & iam non uidebitis me. & iterum modicum &
uidebitis me. quia uado ad patrem. Dixerunt ergo ex
discipulis eius ad inuicem. Quid est hoc quod dicit nobis. ℣
Modicum & non uidebitis me. & iterum modicum & ui
debitis me. & quia uado ad patrem. ℣ Dicebant ergo.
Quid est hoc quod dicit modicum. Nescimus quid loquitur.
Cognouit ihc quia uolebant eum interrogare. & dix
it eis. De hoc quaeritis inter uos quia dixi. ℣ Modicum & non
uidebitis me. & iterum modicum & uidebitis me. ℣ Amen
amen dico uobis. quia plorabitis & flebitis uos. mundus
autem gaudebit. Uos autem contristabimini. sed tristitia ue
stra uertetur in gaudium. Mulier cum parit tristitiam ha
bet. quia uenit hora eius. Cum autem peperit puerum.
iam non meminit pressurae propter gaudium. quia natus est
homo in mundum. Et uos igitur. nunc quidem tristitiam
habetis. iterum autem uidebo uos. & gaudebit cor uestrum.
Et gaudium uestrum. nemo tollet a uobis. Et in illo die. me
non rogabitis quicquam.

cl. iiii. Amen amen dico uobis. Si quid petieritis patrem in nomine
M. ccxvi. Mc. cxcv. meo. dabit uobis. Usq; modo non petistis quicquam in
nomine meo. Petite & accipietis. ut gaudium uestrum sit plenum.

cli. x. Haec in prouerbiis locutus sum uobis. Uenit hora. cum iam
non in prouerbiis loquar uobis. sed palam de patre adnun
tiabo uobis. In illo die. in nomine meo petetis. Et non dico
uobis. quia ego rogabo patrem de uobis. Ipse enim pa

amat uos. quia uos me amastis. & credidistis quia ego adō
exiui. Exiui a patre. & uenio in mundum. Iterum relin
quo mundum. & uado ad patrem. Dicunt ei discipuli
eius. Ecce nunc palam loqueris. & prouerbium nullum
dicis. Nunc scimus quia scis omnia. & non opus ē tibi
ut quis te interrogēt. In hoc credimus. quia ad ō existi.
cLii.
IIII. RESPONDIT EIS IHC; MODO
M. cc Lxxxvii.
M. c Lxviii. credtis? Ecce uenit hora. & iam uenit. ut dispgamī
unus quisq, in ppria. & me solum relinquatis. Et nō sum
solus. quia pater mecum ē.
cLiii.
X. Haec locutus sum uobis. ut in me pacem habeatis. In mun
do pressuram habebitis. sed confidite. ego uici mundum.
Haec locutus ē IHC. & sublenatis oculis in caelum. dixit.
Pater. uenit hora. clarifica filium tuum. ut filius tuus cla
rificet te. Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis. ut
omne quod dedisti ei. det eis uitam aeternam. Hæc ē
aūi uita aeterna. ut cognoscant te solum uerum dm.
& quem misisti IHM xpm. Ego te clarificaui sup terrā.
opus consummaui. quod dedisti mihi ut faciam. Et nunc
clarifica me tu pater apud temet ipsum. claritate quam
habui priusquam mundus ēet. apud te. Manifestaui
nomen tuum hominib, quos dedisti mihi de mundo.
Tui erant. & mihi eos dedisti. & sermonem tuum serua
uerunt. Nunc cognouerunt quia omnia quae dedisti
mihi abste sunt. quia uerba quae dedisti mihi. dedi eis.

Et ipsi acceperunt. & cognouerunt uere quia a te exiui.
& crediderunt quia tu me misisti. Ego pro eis rogo. non
p mundo rogo. sed pro his quos dedisti mihi. quia tui sunt.
Et mea omnia tua sunt. & tua mea sunt. & clarificatus
sum in eis. Et iam non sum in mundo. & hi in mundo sunt.
& ego ad te uenio. Pater sce. serua eos in nomine tuo.
quos dedisti mihi. ut sint unum sicut & nos. Cum eem
cum eis. ego seruabam eos in nomine tuo. Quos dedisti
mihi custodiui. & nemo ex his periit nisi filius pditio
nis. ut scriptura impleatur. Nunc aũ ad te uenio.
& haec loquor in mundo. ut habeant gaudium meum
impletum in semetipsis. Ego dedi eis sermonem tuũ.
& mundus odio eos habuit. quia non sunt de mundo.
sicut & ego non sum de mundo. Non rogo ut tollas eos
de mundo. sed ut serues eos ex malo. De mundo nõ sunt.
sicut & ego non sum de mundo. Sãctifica eos in ueritate.
sermo tuus ueritas est. Sicut tu me misisti in mundũ.
& ego misi eos in mundum. Et pro eis ego sãctifico me ipsũ.
ut sint & ipsi sãctificati in ueritate. Non pro his aũ rogo
tantum. sed & pro eis qui credituri sunt per uerbũ eorũ
in me. Ut omnes unum sint. sicut tu pater in me & ego
in te. ut & ipsi in nobis unum sint. Ut mundus cre
dat quia tu me misisti. Et ego claritatem quam de
disti mihi dedi eis. ut sint unum. sicut & nos unum
sumus. Ego in eis. & tu in me. ut sint consummati

lnunum · &cognoscat mundus quia tu me misisti · &
dilexisti eos sicut &me dilexisti · Pater · Quos dedisti
mihi. uolo ut ubi ego sum &illi sint mecum · ut uide
ant claritatem meam quam dedisti mihi · quia dilexisti
me ante constitutionem mundi ·

cLm.
111 · P ater iuste · &mundus te ñ cognouit · Ego aũ te cognoui ·
M · cxii ·
L · cxviii · E t hi cognouerunt quia tu me misisti · &notum eis feci cLv
nomen tuum · &notum faciam · Ut dilectio qua di X ·
lexisti me lnipsis sit · &ego lnipsis ·

cLvi ·
1 · HAEC CVM DIXISSET
M · ccxxi ·
Mr · clxxi ·
L · ccLxxviii ·
ihc · Egressus ẽ cum discipulis suis trans torrentem
cedron · ubi erat ortus · Jnquem lntroiuit ipse &
discipuli eius ·

cLvii ·
X · S ciebat aũ &Iudas qui tradebat eum · locum · quia fre
quenter ihc conuenerat illuc cum discipulis suis ·

cLviii ·
1 · I udas ergo cum accepisset &cohortem · &a pontificibus
M · ccc ·
Mr · clxxxi ·
L · ccLxxxv · &pharisęis ministros · uenit illuc cum lanternis &faci
bus · &armis ·

cLviiii ·
X · I hc itaq; sciens omnia quae uentura erant sup eum ·
pcessit · &dixit eis · Quem quaeritis · Responderunt
ei · Jhm nazarenum · Dicit eis ihc · Ego sum · Stabat
aũ &Iudas qui tradebat eum · cum ipsis · Ut ergo
dixit eis · ego sum · abierunt retrorsum · &ceciderũ
lnterram · Jterum ergo eos lnterrogauit · Quem

quaertas.ꝙ Illi aũ dixerunt. Jhm nazarenum. Re
spondit ihc. Dixi uobis. quia ego sum. Si ergo me
quaertas. sinite hos abire. Ut impleretur sermo quem
dixit. quia quos dedisti mihi. non pdidi ex ipsis quemquã.

clx.
l.
ꝙ
M. ccc n.
M. c lxxxiii.
L. cc lxxxvii.

SIMON ERGO PETRUS HA
bens gladium eduxit eum. & pcussit pontificis seruum.
& abscidit eius auriculam dextram. Erat aũ nomen ser
uo malchus.

clxi
l.
ꝙ
M. cc xcviii.
M. c lxxv.
L. cc lxxxi.

DIXIT ergo ihc petro. Mitte gladium in uaginam. Calicẽ
quem dedit mihi pater. non bibam illum?

clxii.
l.
ꝙ
M. ccc vi.
M. c lxxxvii.
L. cc xc.

COhors ergo & tribunus & ministri iudeorum. compre
henderunt ihm. & ligauerunt eum.

clxiii.
X.

ET adduxerunt eum ad annan primum. Erat enim so
cer caiphæ. qui erat pontifex anni illius. Erat aũt
caiphas qui consilium dederat iudeis. quia expedit
unum hominem mori pro populo.

clxiiii.
IIII.
ꝙ
M. ccc vii.
M. c lxxxviii.

SEquebatur aũt ihm simon petrus. & alius discipulus.
DIscipulus aũ ille erat notus pontifici. & introiuit cum clxv.
ihũ in atrium pontificis. X.

clxvi.
l.
ꝙ
M. ccc xciii.
M. cxcv.
L. cc xci.

PEtrus aũt stabat ad ostium foris.
EXiuit ergo discipulus alius qui erat notus pontifici. & clxvii.
dixit ostiariae. & introduxit petrũ X.

clxviii.
l.
ꝙ
M. ccc xciii.
M. cxcv.
L. cc xci.

DIcit ergo petro ancilla ostiaria. Numquid & tu ex
discipulis es hominis istius. Dicit ille. Non sum.

clxviii.
X.

STabant aũ serui & ministri ad prunas. quia frigus

erat. & calefiebant · Erat aũ cum eis & petrus stans: &
calefaciens se · Pontifex ergo interrogauit ihm̃ de dis
cipulis suis: & de doctrina eius ·

cLxx ·
1·
M· ccc uii·
Mc cLxxxiii·
L cc lxxx viii·
Respondit ei ihc̃ · Ego palam locutus sum mundo · ego
semper docui in synagoga · & in templo quo omnes iudei
conueniunt · & in occulto locutus sum nihil ·

cLxxi ·
X· Quid me interrogas · ℣ Interroga eos qui audierunt · q̃ 1
locutus sum ipsis: ecce hi sciunt quae dixerim ego ·

cLxxii ·
1·
M· ccc xciii·
Mc cxciii·
L cc xcvii ·
Haec aut̃ cum dixisset · unus assistens ministrorum dedit
alapam ihũ dicens · Sic respondes pontifici ℣

cLxxiii ·
X· Respondit ei ihc̃ · Si male locutus sum · testimonium p
hibe de malo · Si aũ bene · quid me cedis ℣

cLxxiiii·
1·
M· ccc vi
Mc cc Lxxxvii·
L cc xc ·
Et misit eum annas ligatum · ad caiphan pontificem ·
Erat aũ simon petrus stans · & calefaciens se ·
Dixerunt ergo ei · Numquid & tu ex discipulis eius es ℣
Negauit ille & dixit · Non sum · Dicit unus ex seruis
pontificis · cognatus eius cuius abscidit petrus auriculã ·
Non ego te uidi in horto cum illo · ℣ Iterum ergo nega
uit petrus · & statim gallus cantauit ·

cLxxvi·
1·
M· ccc xviii·
Mc cxc viii·
L ccc·
Adducunt ergo ihm̃ ad caiphan · in praetorium · Erat
autem mane ℣

cLxxvii·
X· Et ipsi non introierunt in praetorium · ut non contamina
rentur · sed manducarent pascha · Exiit ergo pilatus
ad eos foras · & dixit · Quam accusationem affertis ad
uersus hominem hunc ℣ Responderunt & dixer̃ eỹ ·

Si non ẽt hic malefactor. non tibi tradidissemus eum.
Dixit ergo eis pilatus. Accipite eum uos. & secundum
legem uram iudicate eum. Dixerunt ergo ei iudei.
Nobis non licet interficere quemquam. Ut sermo ihū
impleretur quem dixit. significans qua ẽt morte
morturus.

cLxxvii. I. M. ccc xx. Mc cc. L ccc n.

INTROIUIT ERGO ITERUM
in praetorium pilatus. & uocauit ihūm. & dixit ei.
Tu es rex iudeorum. ℣ Et respondit ihc. A temet
ipso hoc dicis. an alii tibi dixerunt de me. ℣

cLxxviii. X. Respondit pilatus. Numquid ego iudeus sum. ℣
Gens tua & pontifices tradiderunt te mihi. quid fe
cisti. ℣ Respondit ihc. Regnum meum non ẽ de hoc
mundo. Si ex hoc mundo ẽt regnum meum. ministri
mei utiq; decertarent. ut non traderer iudeis. Nunc
autem. regnum meum non ẽ hinc.

cLxxx. IIII. M. cccxxi. Mc cc i. Dixit itaq; ei pilatus. Ergo rex es tu. ℣ Respondit
ihc. Tu dicis. quia rex sum ego.

cLxxxi. X. Ego in hoc natus sum. & ad hoc ueni in mundum. ut
testimonium phibeam ueritati. Omnis qui ẽ exue
ritate. audit meam uocem. Dicit ei pilatus. Quid
ẽ ueritas. ℣ Et cum hoc dixisset. iterum exiuit
ad iudeos.

cLxxxii. VIIII. L. ccc VII. & ccc ii. Et dicit eis. Ego nullam inuenio in eo causam.
Est autem consuetudo uobis. ut unum dimittam uobis in

cLxxxiii. IIII. M. ccc xxiii. Mc cc iii.

pascha· Uultis ergo dimittam uobis regem iudeorum·

cl xxxiii·
I·
M·ccc xcv·
Mc cc iiii·
L· ccc x

CLamauerunt rursum omnes dicentes· Non hunc· sed barabban· Erat aũ barabbas latro·

cl xxxv·
IIII·
M ccc xxviii·
Mc· ccc vii·

TUnc ergo apprehendit pilatus ihm̃· & flagellauit· Et milites plectentes coronam despinis· Imposuerunt capiti eius· & ueste purpurea circumdederunt eum· & ueniebant ad eum· & dicebant· Aue rex iudeorũ· Et dabant ei alapas·

cl xxxvi·
VIIII·
L· ccc vi
& ccc iii·

EXiit iterum pilatus foras· & dicit eis· Ecce adduco uobis eum foras· ut cognoscatis quia in eo nullam causã Inuenio·

cl xxxvii
IIII·
M· ccc xxxviii·
Mc ccc vii·

EXiit ergo ihc portans spineam coronam· & purpureũ uestimentum· & dicit eis· Ecce homo·

cl xxxviii·
I·
M· ccc xxvi·
Mc ccc v·
L· ccc xi·

CUm ergo uidissent eum pontifices & ministri· clamabant dicentes· Crucifige· Crucifige eum·

cl xxxviii·
X·

DIcit eis pilatus· Accipite eum uos· & crucifigite·· Ego enim non inuenio in eo causam·

cxci·
X·

RESponderunt ei iudei· Nos legem habemus· & secundum legem debet mori· quia filium dei se fecit·

cxciii·
IIII·
M· ccc xxi·
Mc cc i·

CUm ergo audisset pilatus hunc sermonem· magis timuit· Et ingressus ẽ praetorium iterum· & dicit ad ihm̃· Unde es tu·? Ihc aut· responsum ñ dedit ei·

cxciii·
X·

DIcit ergo ei pilatus· Mihi non loqueris·? Nescis quia potestatem habeo crucifigere te· & potestatem habeo dimittere te·· Respondit ihc· Non haberes po

cxc·
VIIII·
L· ccc vi·
& ccc vii·
& ccc xi·

testatem aduersum me ullam. Nisi tibi ẽt datum de
super. Propterea qui tradidit me tibi. maius peccatũ
habt. Exinde quaerebat pilatus. dimittere eum.
Judęi aũ clamabant dicentes. Si hunc dimittis. non es
amicus caesaris. Omnis qui se regem facit. contradic
caesari. Pilatus ergo cum audisset hos sermones. ad
duxit foras ihm. & sedit pro tribunali. In loco qui dicitur
Lithostrotos. hebraice aũ gabatha. Erat aũ parasceue
paschae. hora quasi sexta. Et dicit iudeis. Ecce rex vr-
cxciiii. 1. M. ccc xxvi. Mc. cc v. L. ccc xiii.
Illi aũ clamabant. Tolle. tolle. crucifige eum.
cxcv. X.
Dixit eis pilatus. Regem urm crucifigam. Respon
derunt pontifices. Non habemus regẽ. nisi caesarem.
cxcvi. 1. M. ccc xxviii. Mc. ccc vi. L. ccc xiiii.
Tunc ergo tradidit eis illum. ut crucifigeretur.
Susceperunt aũ ihm. & eduxerunt. & baiulans sibi
cxcvii. 1. M. ccc xxxi. Mc. cc viii. L. ccc xv.
crucem. exit in eum qui dicitur caluariae locum.
Hebraice aũ golgotha. ubi eum crucifixerunt.
cxcviii. 1. M. ccc xxxvi. Mc. cc xv. L. ccc xviiii. & ccc xvii.
Et cum eo alios duos. hinc & hinc. medium aũ ihm.
cxcviiii. 1. M. ccc xxxv. Mc. cc xiiii. L. cc xxiii.
Scripsit aũ & titulum pilatus. & posuit sup crucem.
Erat aũ scriptum. ihc nazarenus. rex iudaeorum.
cc. X.
Hunc ergo titulum multi legerunt iudęorum. quia
ppe ciuitatem erat locus. ubi crucifixus ẽ ihc. Et
erat scriptum. hebraice. grece & latine. Dicebant er
go pilato pontifices iudęorum. Noli scribere rex iudę
orum. sed quia ipse dixit. rex sum iudęorum. Respon
dit pilatus. Quod scripsi. scripsi.

ccl·
I· Milites ergo cum crucifixissent eum. acceperunt uestimẽta
M· ccc xxxiiii·
M· cc xii·
l· ccc xxi·
eius. & fecerunt quatuor partes. unicuiq; militi partẽ.
& tunicam· Erat aũ tunica inconsutilis. desup contexta
per totum· Dixerunt ergo adinuicem· Non scindamus
eam. sed sortiamur de illa cuius sit· Ut scriptura impleretur dicens· Partiti sunt uestimenta mea sibi. & in
uestem meam miserunt sortem· Et milites quidem·
haec fecerunt·

cc ii·
X· STABANT AUTEM IUXTA
crucem ihũ mater eius. & soror matris eius maria cleopae. & maria magdalena· Cum uidisset ergo ihc
matrem & discipulum stantem quem diligebat. dicit
matri suae· Mulier: ecce filius tuus· Deinde dicit
discipulo· Ecce mater tua· Et ex illa hora· accepit
eam discipulus in sua·

cc iii·
IIII· Postea sciens ihc quia iam omnia consummata sunt.
M· ccc xxxiii
M· cc x·
ut consummaretur scriptura· dicit· Sitio· Uas ergo
positum erat· aceto plenum· Illi aũ spongiã plenã
aceto· hysopo circumponentes· obtulerunt ori eius·

cc iiii·
I· Cum ergo accepisset ihc acetum· dixit· consummatũ
M· ccc xl iii·
M· cc xc iii·
l· ccc xx viii·
est· Et inclinato capite· tradidit spm·

cc v·
X· Iudei ergo quo parasceue erat· ut non remanerent
in cruce corpora sabbato· erat enim magnus dies ille
sabbati· rogauerunt pilatum ut frangerentur eorũ
crura· & tollerentur· Uenerunt ergo milites· &

primi quidem fregerunt crura. & alterius qui cruci
fixus ē cum eo. ꝯ ad ihm autē cum uenissent. ut uiderunt
eum iam mortuum. non fregerunt eius crura. Sed unus
militum lancea latus eius aperuit. & continuo exiuit
sanguis & aqua. Et qui uidit testimonium phibuit.
& uerum ē eius testimonium. Et ille scit quia ueradicit.
ut & uos credatis. Facta sunt enim haec. ut scriptura
impleretur. Os non comminuetis ex eo. Et iterū alia
scriptura dicit. Uidebunt in quem transfixerunt.

cc vi.
M ccc xlviii.
M. cc xxvii.
L. ccc xxxii.
I. Post haec autē rogauit pilatum ioseph abarimathia. eo
quod ē & discipulus ihū. occultus autē ppter metum iu
daeorum. ut tolleret & corpus ihū. Et ꝑmisit pilatus.

cc vii.
X. Uenit ergo. & tulit corpus ihū. Uenit autē & nicodemus
qui uenerat ad ihm nocte primum. ferens mixturam
myrrae & aloes. quasi libras centum.

cc viii.
I.
a M. ccc xlviii.
M. cc xxviii.
L. ccc xxx iii.
Acceperunt ergo corpus ihu. & ligauerunt eum lin
teis cum aromatib, sicut mos iudeis ē sepelire.
Erat autē in loco ubi crucifixus ē. ortus. & in osto monu
mentum nouum. in quo nondum quisquam positus
erat. Ibi ergo ppter parasceuen iudeorum. quia iux
ta erat monumentum. posuerunt ihm.

cc viiii.
I.
a M. ccc l ii.
M. cc xxx i.
L. ccc xxx vi.
UNA AUTEM SAB
bati. maria magdalena uenit mane. cum adhuc tene
bre essent. ad monumentum. & uidit lapidem sub

latum ⁊monumento·

ccx.
X. Cucurrit ergo & uenit ⁊dsimonem petrum· & ⁊d
⁊lium discipulum quem ⁊mabat ihc· & dicit ei· Tu
lerunt dn̄m demonumento· & nescimus ubi posuer̄
eum· Exit ergo petrus & ille ⁊lius discipulus· & ue
nerunt ⁊dmonumentum· Currebant ⁊ū duo simul·
& ille ⁊lius discipulus praecucurrit citius petro· &
uenit primus ⁊dmonumentum· Et cum se Inclinas
set· uidit posita linteamina· non tamen Introiuit·
Uenit ergo simon petrus sequens eum· & Introiuit In
monumentum· & uidit linteamina posita· & sudari
um quod fuerat super capit eius· non cum linteami
nibus positum· sed separatum Inuolutum Inunū locum·
Tunc ergo Introiuit & ille discipulus qui uenerat pri
mus ⁊dmonumentum· & uidit & credidit· Nondum
enim sciebant scripturam· quia oportet & eū ⁊mor
tuus resurgere· ⁊bierunt ergo iterum· ⁊dsem &
ipsi discipuli·

cc xi·
I. Maria ⁊ū· stabat ⁊dmonumentum foris· plorans·
M· ccc L ii·
MR· cc xxx i·
L· ccc xxx vi·
Dum ergo fleret· Inclinauit se & prospexit Inmo
numentum· & uidit duos angelos Inalbis sedentes·
Vnum ⁊dcapit & unum ⁊dpedes· Vbi positū fuerat
corpus ihū·

cc xii·
X. Dicunt ei illi· Mulier· quid ploras· Dicit ei·
Quia tulerunt dn̄m meum· & Inescio ubi posuerunt

eum · Haec cum dixiſſ& conuerſa ē retrorſum . & uidit ihm
ſtantem . & non ſciebat quia ihc eſt · Dicit ei ihc · Mulier: quid
ploraſ: quem quęriſ: Illa exiſtimans quia oſtulanus e& di
cit ei · Dne . ſi tu ſuſtuliſti eum . dicito mihi ubi poſuiſti eum .
& ego eum tollam · Dicit ei ihc · Maria · Conuerſa illa ·
dicit ei rabboni . quod dicitur magiſter · Dicit ei ihc ·
Noli me tangere: Nondum enim aſcendi ad patrem mev ·
Uade au ad frs meos . & dic eis · Aſcendo ad patrem meu
& patrem urm . & dm meum & dm urm · Uenit maria
magdalene . adnuntians diſcipulis . quia uidi dnm . &
haec dixit mihi ·

cc xiii ·
VIIII · CUM ESSET ERGO SERO
L · ccc xl ·
die illo una ſabbatorum . & fores eent clauſæ . ubierant
diſcipuli congregati ppt metum iudęorum . Venit ihc ·
& ſteit in medio . & dicit eis · Pax vobis · Et cum hoc
dixiſſ& . oſtendit eis manus & latus ·

cc xiiii ·
X · Gauiſi ſunt ergo diſcipuli . viſo dno · Dixit ergo eis ite
rum · Pax uobis · Sicut miſit me pater · & ego mitto
